

SOPHOCLIS  
**Ajax Lorarius,**

STYLO TRAGICO A

IOSEPHO SCALIGERO

Iulij F. translatus.



*EIVSDEM EPIGRAMMAT A  
quadam, tum Græca tum Latina, cum aliquot  
ex Græco translatis.*



Apud Petrum Santandreamum.

---

M. D. XCI.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΓΑΡΔΕΣΙΟΥ

εἰς Ἰώσιππων Σκέλανον τὸν τῷ Σοφοκλέους  
Αἶαντα μεθερμηνεύσαντα.

Οἷς ῥα ἀμερσινόω παληαίς ποτε Δούριος Αἴας  
Νυκτιμανεῖ κρηαοῖς ἐνδορε βουσι ποδί.  
Αὐτῷ δ' αἰπήβιους ἔμμελαι δὴ πάμπαν οἴων  
Κείνοις αὐτοῖσιν τοῖσι βοτῆρσιν ἔλε.  
Τίω ῥα οἱ ἐν νόσῳ ἔδρσε κηκὴν γλαυκῶπις Αθλιῶν  
Εγκυον ἀφες σῆνης ὀμμασι χῆσα νέφος.  
Ἦ τ' αὐτῇ ἤθεα μανίης Σκάλαν' ἔμφρονος ἦτορ  
Σεμνομανὲς κέντρῳ ὄξυσόφῳ σε τύπε·  
Ὡ μὲν ἐνὶ παρὰ πείθεσι τεαῖς μάλα πόλλ' ἔρεθι-  
Δαιμόνι οὔτε βόας, οὔτε βοτῆρας ἔλεες. (θεῖς)  
Ἀλλ' αἰδὸς δὲ πυλάρταο θεασυκέρδιος ὀρμῶν,  
Χ' ἄτερος Ηρακλέης κερβερόνικος εἰών,  
Χειρὶ φερεσβίῳ ἀμμιν ἀήγηγας Ακχιον εἰς φῶς  
Μὰ ψ δὴ ὑλάκτε ὑπὸς σοι μετόπισθε κενός.

Τῷ αὐτῷ εἰς τὸν αὐτὸν.

Εα πὶ τῷ το; πὶ χρέος θεήλατος;  
Ἐνδοσιασμός συγχροῖς καὶ σωτῆρόφρε  
Ὀντος γ' ἐλδὸς θεεία, Σκάλανε, πῶς δὴ τ' ἔσῳη  
Ἐκασ' ἐκᾶς ὡν ἀνταμίβεις τῷ ἔσῳων;  
Καὶ πῶς ἀνάγκης τῷ μάλιν δεσμῆς δεδεῖς  
Σὺ μηδ' ἐν ἐμφάνεις ἔπος ἀνελδὸς θερον;

SOPHO-



SOPHOCLES AIA X  
LORARIVS.

Persona fabula.

Mimerua, Nuntius,  
Vlysses, Teucer,  
Aiax, Menelaus,  
Tecnessa, Agamemnon,  
Chorus Salaminiorum sociorum.

ACTVS PRIMVS.

Mimerua, Vlysses, Aiax.

**Mi** Am video, Vlysse, sape te venatice  
Caprassē, ut aries hosticas praevorterēs.  
Teque adeo ad ipsam comodum clas-  
sem ultimam

Aiacis, ubi post principia tendit, tuor  
Ruspantem, & olim metientem sedulo  
Notis adulta nuperis vestigia,  
Vt intus, an foras sit, oculis aucupes.  
Bene autem es affectatus, ut canis sagax.  
Nanque intus ellum est haud diu, capite  
Sudore manans atque carnifices manus.  
Quare intus inspectare, nec tibi integrum est,  
Omitte: tantum fare, quoniam gratia

AA 2

Tam fatagis, omne ut, quicquid huius est, loquar.  
 Vl. O mihi Dearum cara maxime omnium  
 Minerva, quam vel eminus clare tuam  
 Vocem aure capio, & mente suspensa haurio.  
 Qualis tubæ sentitur aëæ sonor.  
 Recteque sensisti me mihi insensissimum  
 Aiaceæ odora circuire indagine.  
 Ita est, cum venamur, haud alium, Dea.  
 Nam facinus ista nocte cæcum, nescium.  
 Ancepsq; fecit ille, si fecit tamen.  
 Nil scimus etenim mentis errore auj.  
 Quare hoc subiui sponte perferens onus.  
 Nam pecua, nuper parva bellica manu,  
 Ingulata, strata, sauciata fœditer  
 Manu, magistris cum suis offendimus.  
 Fatigue cum omnis huius auctorem facit.  
 Huc adde, quod speculator hunc solum omnium,  
 Campos cruento dum ense persultat furens,  
 Viditq; retulitq;. Ego actutum impete  
 Vestigo, odoro. hac signa non dubie noto,  
 Ast illa miror, cuius sint non assequor.  
 Sed affuisti tempori, siquidem tua,  
 Me nunc, & olivo rexerit, & reget manus.  
 Mi Persensisti, Vlyssæ. iamq;, dum venaturis,  
 Viam tibi istam sponte custos instisti.  
 Vl Bene hic, secusne cæptus est mihi labor?  
 Mi Liquido putasti, fecit ille, me vide.  
 Vl Nam cur & ausus ille tam cæcum nefas?  
 Mi Achillis arma, adducta non sibi dolet.  
 Vl Cur sic furente fertur in greges gradu?  
 Mi Vestro manus fœdare sperans sanguine.  
 Vl Incogitabat, inquis, Argivis malum.

Mi

Mi Quin absque me fuisset, & patrauerat.  
 Vl Quibusne cæptis, quo ve mentis impetu?  
 Mi Irrupit ad vos nocte solus, & dolo.  
 Vl Peruenit igitur, a: que metas attingit?  
 Mi Institerat adeo utriusque iam pratorio.  
 Vl Quis rapida onantem cæde repressit manum?  
 Mi Aliena capitis sensa ocellis oggerens  
 Hominis retuendo gaudium immedicabile.  
 Et ad gregum miscella lanigerum agmina,  
 Promiscuicque volgus armamenti auoco.  
 Ibi buceras sternebat animantes, nihil  
 Parcens furori. modo cruenta credulus  
 Manu necare gemina Atidas corpora:  
 Modo hunc, modo illum scilicet mactans ducem.  
 Ast ego virum furore torrentem vago  
 Urgebam, in altos induens casses mali.  
 Postquam remisit vis furoris de nece,  
 Armenta viua compedarum vinculis  
 Captiua, sed cum gregibus abducit domum,  
 Homines putans abigere, non b: uos greges:  
 Quos nunc flagellis accipit vinctos male.  
 Age huncce sodes indicem morbum tibi,  
 In volgus ut eum differas, ubi videris.  
 Ne defetisce, neve depuua in malo  
 Hominem videre. luminum auersos ego  
 Orbes reflectam, quominus te viderit.  
 O qui reuinctis manibus abductas agis  
 Hominum cateruas, huc ades dum, te voco.  
 Aiæx tibi, inquam, dico. iam prodi foras.  
 Vl Quid agis, Minerva? ne foras hominem euoca:  
 Mi Potin' es tacere? nec tibi metum obiice.  
 Vl Ne, amabo: sed contineat intus se domi.

AA 3

*Mi Frustra vereris. non vir idem est, qui prius.*  
*Vi Mibi hostis idem est ipse, qui prius fuit.*  
*Mi Illudere hosti ludus est suavisissimus.*  
*Vi Mibi quidem isthunc intus includi sat est.*  
*Mi Hominem videre mentis impotem fugis?*  
*Vi Videre mentis compotem compos queam.*  
*Mi At non videbit te quidem, quamvis prope.*  
*Vi Cur non, si idem oculus lumen usurpat, potest?*  
*Mi Faxo te ut oculus vel videns non viderit.*  
*Vi Mutare magnam fas nefasque Dys leue est.*  
*Mi Tace, & quiesce, teque in hoc statu tene.*  
*Vi Certum est tenere. sed foris mallem tamen.*  
*Mi Heus te, audin? Ajax rursus appello. huc ades.*  
*Cur numen auxiliare tam parui facis?*  
*Ai Salve Minerva, maximi proles Iouis.*  
*Bene ades, & opportuna, te spolijs ego*  
*Matthao opinis. propter hanc praedam quidem.*  
*Mi Sapis. sed illud quod rogo narra mibi.*  
*Hastam imbuisti sanguine Argiuo tuam?*  
*Ai Et gloriari fas mibi est, & non negem.*  
*Mi Aduorsum Atvidas nempe molitus manum es?*  
*Ai Non fiat illis ludus Ajax amplius.*  
*Mi Actum est, ut inquis. occiderunt ilicet:*  
*Ai Nunc auferam mibi arma morui mea.*  
*Mi Quid vero Vlysses ille Laetra satius?*  
*Quo res loco illi est? an tuam effugit manum?*  
*Ai Sacramne volpem quo sit in statu rogas?*  
*Mi Ipsum, inquam, Vlysses male tibi infestum caput.*  
*Ai Gratissimum intus assidet spectaculum*  
*Captiuus, ipsum quod mori nondum velim.*  
*Mi Quidnam priusquam aggredere? quid facies lucri?*  
*Ai Priusquam ad alta columen euinctus domus,*

*Mi*

*Mi Quodnam misello grande moliris malum?*  
*Ai Casus flagellis efflet animam denique.*  
*Mi Ne miserum, amabo, ne hunc ita accipias male.*  
*Ai Sperare in alius, Diua, te iubeo bene.*  
*Supplicium ad istum is, nec secus, dabit modum.*  
*Mi Postquam hoc in animo est sat tibi acceptam, ilicet,*  
*Ne parce dextra, cogitata perfice.*  
*Ai Accingor ad rem: ceterum mando tibi*  
*Vi vale prestes semper auxilium mibi.*  
*Mi Vides, Vlyse, vim Deorum, quanta sit?*  
*Hoc iomine rerum quis fuit consultor,*  
*Vel melior antehac caepia mature exequi?*  
*Vi Nullus quidem antehac, mihiq, misertitudine*  
*Comnouit animum, quanquam iniquior mibi est,*  
*Quo tali inherens ipse confleret malo.*  
*Nec ilius rem, quam meam, specto magis.*  
*Nil citius aliud esse nos, quam somnia*  
*Imagnantum, aut corpora umbra inania.*  
*Mi Ergo cauebis haec videns, temerarium*  
*Dictum, prophatum ve in Deos effutias.*  
*Nec inolescas, si vel vlli prauites*  
*Virtuu belli, sine vastis copiis.*  
*Namq, una tollit, una deprimit dies*  
*Mortuum res, & boni semper viri*  
*Cure Dis sunt, contra at iniusi mali.*  
*Ch Telamonidae, qui fundamenta*  
*Salaminitis habes firma marinae:*  
*Bene cum tibi fit, bene letor.*  
*Cum te inimico languere Ioue*  
*Differt Danaum fama maligna:*  
*Mens mibi refugit, totusq, tremo,*  
*Trepidat ut terrore columba.*

Ut praterita nocte tumultus  
 Nos famigerant rumore malo,  
 Te pede rabido persultantem  
 Vbera praei pradatitias  
 Danaum pecudes,  
 Qua super ipsis fuerant reliqua,  
 Ferro vastasse cruento.  
 Talia fœctis probra susurris  
 Omnium in aures spargit Vlysses.  
 Creditur illi: nec sine multa  
 Suada excipitur: suafus & ipse  
 Suafore magis strepit audior.  
 Tua risu facta laceffens.  
 Qui magna petit corpora telo  
 Nullus aberrat. Dixerit in me  
 Quis tale, fidem nullus habebit.  
 Nam felices petit inuidia  
 At sine magnis ipsi parui,  
 Intutum arcis sunt praesidium.  
 Nam cum diuite bene plebs rem gerit,  
 Diues cum plebe fouetur.  
 Verum talia sensa docere  
 Non possis corda supina.  
 Ea circum strepit hominum turba.  
 Nec nos contra conferre pedem  
 Possumus, absente modo te.  
 Ut conspectum fugere tuum,  
 Strepitant, qualis defuncta metu  
 Vulturis, auium turba volantum.  
 Quod si subitis citus existas,  
 Muti fugiant trepidanter.

Seq.

Stropha xi.

Anne Diana tuum soboles Iouis  
 ( Ah fera fama, fera,  
 Mater ab probri mei )  
 In volgus armentorum animum furiauit,  
 Aut orba fructu debito victoria  
 Aut spoliolum aliquo  
 Frustrata honore, aut hinulei exuuijs?  
 Bellonane an Mars supplicium rabido  
 Poscens calen-  
 -te sanguine, noctiuagis vindicis  
 Furoribus ira.

Antistropha. xi.

Non te adeo vsque sinister agit furor,  
 O Telamoniada,  
 In greges ut tu irruas.  
 Hac calitum vis est mage Iuppiter auer-  
 -runcate volgi, & Phœbe, rumores malos.  
 Sin sua compositio  
 Commenta fingunt arte mala proceres,  
 Aut acre cauti Sisyphida genus:  
 Ne, si sapi,  
 Ad hæc, rogo, castra manens deside,  
 Probro tibi ne sit.

Epodus vii.

Linque sedilia: surge: ubi plus sat longo  
 Lente exercitus immoraris otio,  
 Dira incendia ventilans.  
 Impune proterua vis lingua  
 Ventique secura lasciu  
 Inuiso miscet di-  
 -cta cachinno. At dolore ego configor.

## ACTVS SECVNDVS.

Te Socij Aiakis, classica pubes,  
 Nobile prisici germen Erechibei,  
 Quantis versat fluctibus animi  
 Telamoniaci nos cura laris.  
 En ferus Ajax, pectore crudo,  
 Perditus, oger  
 Aestu confluet iniquo.  
 Ch Quod praeerita nocte quietem  
 Mutauit onus,  
 Filia Phrygi Telementis?  
 Dic: nam seruam te ferus Ajax  
 Socia lecti parte recepit,  
 Vt te nescire nefas sit.  
 Te Ardua dictu dicta profabor.  
 Leti similem morbum audite.  
 Efferus iris, animiq; vagus  
 Infandum Ajax ausus in umbra est:  
 Talia iam licet intus cernere  
 Parrata manu sacra cruenta,  
 Pulchra viri gesta furentis.  
 Strophe XII.  
 Ch Mira indicas, mira torui  
 Facta refers hominis  
 Iniqua, inexplicanda:  
 Quae proceres Danaï  
 Male famigerant.  
 Quaeq; procax rumor acerbat.  
 Hem quem exitum res habitura est?  
 Habet hoc furore  
 Sibi iam afferat ille  
 Manus: quippe qui tot

Opimos

Opimos gladio greges  
 Impetiit, gregumque duces.  
 Te Me miseram: amens inde inde foris  
 Captiua manu traxit pascua.  
 Partem in nuda iugulauit humo.  
 Partem mediam male dissecuti.  
 Duo lanigeri proceres pecoris,  
 Illum capite, & lingua truncat.  
 Hunc destituit relictum ad medij  
 Columen lecti.  
 Et fera quassans vulnera, lori  
 Seuus habena multat equini.  
 Atq; ogganuit non bona dicta,  
 Non humanitus ea doctus.  
 Antistrophe XII.  
 Ch Jam tempus obnubere est ca-  
 -put, timide & propero  
 Fugam parare furto.  
 Curriculumque citi  
 Leue remigij in-  
 -scendere, nec parcere naui.  
 Tantas minas, totq; volutant  
 Proceres Atridae  
 Duces, Saxipetas nam  
 Populi vereor  
 Manus, neu cum eo in malis  
 His iacente condoleam.  
 Te Minime vero, nanq; file scis  
 Vt, non vehemens qui venit, Auster.  
 Quin noua compos vulnera sentis.  
 Nam sua sibi cum quis mala spectat,  
 Et socius in eis nemo accedit,

*Ea magni est causa doloris.*

*Ch* *Hominem beatum si malo defungitur.*

*Absente morbo nam remittitur metus.*

*Te* *Harum placeret vitra conditio magis:*

*Cum per te amicis est male, esse tibi bene,*

*Aut cum iis doloris paria munia exequi?*

*Ch* *Quod duplicatur, maius est, mulier, malum.*

*Te* *Morbo caremus, & laboramus tamen.*

*Ch* *Quid dicis? haec me dictio incertat magis.*

*Te* *Vir ille morbo cum teneretur gravi,*

*Gestibat ipse, qua premebatur, luc.*

*Angebatur & nos mentis impos compotes*

*Postquam resedit, ac recepit se a malo:*

*Et maior illum mentis exercet dolor.*

*Et non minus nos nunc dolemus quam prius.*

*Non ergo simpla haec, dupla bis tanto mala?*

*Ch* *Verum est, fatemur ac veremur, ne Deum*

*Incessat ira hunc: nam leuatur non magis,*

*Defunctus illa peste, quam egrotans prius.*

*Te* *Ergo disertim commonendus es mihi.*

*Ch* *Enim vnde cepit gliscere haec moles mali,*

*Nos condolentes, & metus socios doce.*

*Te* *Ergo ut doloris socius, omnem rem tene.*

*Nam nocte prima nondum adhuc micantibus*

*Astrorum ocellis, ille vanos ancepe*

*Instructus hasta tentat exitus ruens.*

*Ego increpo hominem, nam quid, inquam, cogitas*

*Aiax? quod istuc itiner incertum paras*

*Nulla euocatus nuntio, aut tuba excitus,*

*Cum placidus omnes mulcet in castris sopor?*

*Brevi ille dicto insequitur, at vulgario:*

*Mulier, mulierum ornamento est silentium.*

*Perculsi*

*Perculsi animum: comprimo me: ille exijt.*

*Verum quid interueni: interibi haud scio.*

*Post, curui frontes intrat armentas agens,*

*Muasque pecudes, atque custodes canes.*

*Hinc capite truncat, inde resupinat, necat,*

*Iugulaq; quada m. his compeditis verbera,*

*Tanquam viri sint, non greges, usque oggerit.*

*Tunc nescio quod exiens, spectrum appetens*

*Orationem duriter dictis dedit*

*In Vlysses, Aridas, perperam & ioculariter,*

*Indigna eorum facta sese vltum probe.*

*Ad nota rursum tecta regreditur gradum,*

*Tandemque mentis in potestatem redit.*

*Ut nouit omnem errore completam domum,*

*Frontem ferit, quiritat, in commissuam*

*Iacentium se proijci stragem gregum,*

*Manu prehensam idemidem scindens comam:*

*Diuque muto constitit silentio.*

*Exinde graui comminatus est mihi,*

*Ne edisseratur omne, quicquid est mali.*

*Ac esset in quo, sciscitabatur, stau.*

*His territata, quoque gesta sit modo,*

*Et quo sciebam rite rem pando ordine.*

*Tunc ipse questus rumpere eiulabiles,*

*Huc prius inausos, atque inauditos mihi:*

*Expetere tales nanque censebat sonos*

*Ignauitatis mentis, atque imbellis.*

*Et voce parcens, atque lamenis prius,*

*Gemitus premebat, taurus ut mugit ferox,*

*Nunc hoc iniquo constitutus in stau,*

*In strage pecorum, Cereris & Bacchi carens,*

*Ferrogue casis gregibus incubat sedens.*

*Ac nescio quod facinus occęptat graue.*

*Tales querelis miscet eiulitans sonos.*

*At vos, amici, nanque ea me gratia*

*Huc contuliste, ferte opem, tutamini,*

*Faciles amicis sunt amici eimodi,*

*Ch Indigna vero mihi, Teleutantis genus,*

*Proloqueris hominem expectorarię malis.*

*Ai Hei hei*

*Te Quin nunc magis videtur, an sentiscitis*

*Quas fundit Ajax ore voces flebilis?*

*Ai Hei hei.*

*Ch Mirum ni homo aut agrotat, aut offenditur,*

*Morbi prioris pęnitidine anxius.*

*Ai Hei puer, hei puer.*

*Te Heu misera quid agam? te, puto, Eurysaces vocat.*

*Nam quid agis Ajax? heu ubi es, fili? occidi.*

*Ai Teucrum voco, vbinam Teucer? assiduo non' volet*

*Ductare prędas? ast ego intereo miser.*

*Ch Homo est apud se, ut sentio, aperite ocius:*

*Reuerēbitur fortassis aspecti mei.*

*Te Aperimus, ecce. Caterum licet tibi*

*Homini tueri gesta, & eiusdem statum.*

Stropha VI.

*Ai Sodales maris remiges,*

*Amici vnici omnium, &*

*Æquitate stantes pia:*

*Videte me esse, qualis est*

*Vbi recens ab astibus*

*Fluctus adhuc mouetur.*

*Ch Vah quam euidenter vera testatus modo es,*

*Quod comprobatur satis inornato hoc statu.*

Antistro

Antistropha VI.

*Ai Amici, marinum genus,*

*Rei nautica sciens,*

*Bene inhibens ratis palmulas:*

*Modo vnici, modo vnici*

*Super mi estis adiuuę, oc-*

*-cidite ferte opem mi.*

*Ch Bona verba: ne malum refarciens malo,*

*Maiora tristi damna iactura effice.*

II. Stropha IIII.

*Ai Ego ille acer, ille fortis, ferox*

*Duelli, atque prely interritus,*

*Pecudum in inbecille volgus ruo.*

*Pudet cachinni: contumelię pudet.*

*Te Hac verba fari, domine, compendiface.*

*Ai Excede, cessas? i dierecťe foras.*

*He heu he heu.*

*Te Desiste, amabo, per Deos, ad te redi.*

III. Stropha V.

*Ai Heu me miserum, manu*

*Remisse me hos sacerrumos,*

*Bobus ut in triumphis,*

*Et in capellis, auidum*

*Retingerem cruorem.*

*Ch Nam quid dolere hac facta profuerit tibi?*

*Infecta facta non erunt tuam vicem.*

II. Antistropha IIII.

*Hei omnium auctoř omnium*

*Malorum faber puer Laerta,*

*Leueque publicumque mendicimo-*

*-nium: ut triumphas: ut cachinnas: ut crepas,*



*Ch* *Rident volente stentque mortales Deo.*  
*Ai* *Vinam viderem illum obrutus licet malis.*  
*Hei me, hei me.*  
*Ch* *Comperce verbis. quo in statu sis non vides.*

## III. Antistropa v.

*Ai* *Meorum o atavum pater,*  
*Quanam arte, Iuppiter, vasa frum*  
*Vndique circuitorem ini-*  
*-micum vltus, atque ambo duces*  
*Malam oppetam ipse mortem?*  
*Te Si hac imprecaris imprecator & mihi*  
*Mortem: quid opus est vita mihi, te mortuos?*

## III. Stropha. xv.

*Meum o mihi iubar tenebra, & orce,*  
*Lux nitida, lucida:*  
*Habete me vestri incolam,*  
*Habete. nec Deorum enim,*  
*Neque mortale hominum*  
*Mihi genus videre*  
*Fas, inutiles cunctis.*  
*Sed ferox Iouis gnata, perpete*  
*Dea cruce me mulctat.*  
*Qua fuga via?*  
*Quem locum eligam?*  
*Postquam, amici, & hoc, & hoc*  
*Interit simul,*  
*Vanamque capturam egimus.*  
*Statimque volgus armis*  
*Omne confodient me.*  
*Te Vab misera: tales maximum voces virum*  
*Efflare, quas nec ausus esset antehac*

## III. Antistropa xvi.

*Ai* *Fluuij mariflui, & maritima antra,*  
*Et littoreum hoc nemus.*  
*Diu diu me plus satis,*  
*Teneis ante Troiam.*  
*At enim haud lumine com-*  
*-potem amplius licebit.*  
*Credere hoc neget nemo.*  
*O Scamander, qui proximus fluis*  
*Benevolus Argiuis:*  
*Non tueberis*  
*Amplius virum hunc*  
*(Dicere non verebor) ex-*  
*-erciti, omnium,*  
*Quos Troia vidit, optimum*  
*Gracanicum: at sine vlllo*  
*Nunc honore iacentem.*  
*Ch* *Nec comprimendi, nec remittendi tui*  
*Vllum modum habeo: tanta te incumbunt mala.*  
*Ai* *Ai ai, quis unquam tot meum cognomine*  
*Meis putasset concinere nomen malis?*  
*Ai* *ai licet nunc proloqui bis, ter mihi.*  
*Nam me malorum tanta circumstat cohors.*  
*Cuius pater reuersus ab Troia hoc solo*  
*Domum rediuit maclus omni adorea.*  
*Ego autem eodem natus, ad eundem locum*  
*Profectus, isdem viribus non indigens,*  
*Qui nec minora patre patraui manu,*  
*Heu pereo ad istum inhonoris Argiuis modum:*  
*Sed hoc scio haud obnoxie: si de suis*  
*Viuens Achilles captus armis arbiter*  
*Palmarium virtutis alicui addiceret,*

Nemo abstulisset illa tunc meam vicem.  
 Sed hac doloſo addixere potuerunt viro  
 Graeci meam illi poſtputantes gloriam.  
 Quod ni mihi omnem euerſa mens ſapientiam  
 Expelloraſſent, & oculus nunquam amplius  
 Iudicia in alium iudicaſſent talia.  
 Iam peruico animo, loue ſata, implacabili,  
 Me, cum iam in illos vertere inſeſtam manum,  
 Repreſſit obieſta impotente inſania,  
 In gregibus iſtis ut cruceuare manu.  
 Verum cachinnis nunc mihi illudunt, ubi  
 Fugere me nolente. cum Deus nocet  
 Vel fortiorem euadere ignaui eſt facult.  
 Quid ergo faciam, quem deſertin omnes Deſ  
 Odere? quem odit omnis Achiuum exercitu?  
 Et omnis odii Troia, & omne iſtuc ſolum?  
 An domitionem ergo his relictis portibus,  
 Solisq; Atridis, trans & Aegeum parem?  
 Sed qua potis ſim fronte Telamonem patrem  
 Contra obſerui? quomodo me in glorium,  
 Virtute caſſum ſuſtinebit cernere,  
 Quarum ipſe rerum honoribus ſummis cluet?  
 Non ſic abibit, non, qui d' ergo? an vir viro  
 Congreſſus ad Troium alta propugnacula  
 Clare oppetam aliquo facinore illuſtri edito?  
 Sed facerem Atridis rem bonam & grauiſſimam.  
 Non ſic abibit, aliqua tenanda eſt via,  
 Qua iam ſeneſctis obſuro membris patri  
 Proſitear, baud hoc patre me ignauium ſatum.  
 Nam turpe longum poſtulat ſe viuere,  
 Cui nulla detur a malis interquies.  
 Nam quid habet in ſe volupe de die dies

Hinc

Hinc ſum mouens vitam, inde mortem promouens  
 Nihili quidem hominem fecerim quem ſpes alit,  
 Vitamq; vanis ſperibus laetat ſuam.  
 Sed nempe pulchre viuere aut pulchre mori  
 Expetere honeſtis & viris verum eſt, tenes.  
 Ch Aliena dicta hac te loqui nemo autumet  
 Nec dixit, Ajax, ſenſa ſed mentis tua:  
 Te reſpice ergo: da locum ſententiæ,  
 Tuis amicis, atque miſſa hac ſis face:  
 Te Nullum eſt, hære Ajax, omnibus mortalibus  
 Neceſſitatis legibus maius malum.  
 Ego quidem ſum creta libero patre,  
 Eoq; dite, ſi quis alius eſt Phrygum.  
 Nunc ſeruitutis compotiuuit me Deus,  
 Et tua domitrix dextra, poſtquam ergo in tuum  
 Cubile conueni, ex eo ſtudeo tibi,  
 Quod obſecro te per que communem larem,  
 Sociumq; lectum, in quem optime conuenimus,  
 Ne, dum me iniquis tradis in manu tuas,  
 Committe, ut iis infamia in cauſa ſuam.  
 Si moreris, ac nos morte deſtituis tua,  
 Illicet eodem raptam ab Argiuis die,  
 Tractamq; meq; paruolumq; diriter,  
 Famularem ad vnum degere atatem autuma:  
 Oratione tum quis incillans malus  
 Dominus amara, aſpiciſſe coniugem inquiet,  
 Aiakis, argiuum omnium fortiſſimi,  
 Qua ſeruitute quale mutauit decus?  
 Hac dicet aliquis, me quidem inceſſet Deus:  
 Inhoneſta vero hac & tibi & tuis erunt:  
 Sed reuereatur te patris, quem in exita  
 Etate linguſ: ſed ſit & quidem pudor

BB z

Parentis annis obstita, quæ sapius  
 Redire te optat viuum, & incolumen domum.  
 Misere te gnati paruoli: siquidem cibo  
 Cassus nouello te sine etatem exiget  
 Vt orbis, at non carus, ob quantum malis,  
 Si moreris, illum, meq; compotem facis.  
 Te præter aliud præsidii nil reliquum  
 Video. tua nam patria deleta est manu,  
 Genitrixque: genitor occidit fato suo,  
 Et mortuales incolunt orci domus.  
 Quam queso dulcem comparem patriam tibi?  
 Quam opulentiã? nanque ego in te tota sum.  
 Sit & mihi respectus aliquis. nam bonos  
 Memores prioris esse benefacti adderet:  
 Et gratia alia gratiam semper parit.  
 Si quem beneficij ceperint obliuia,  
 Non est quod ille foris aut bonus fuit.  
 Ch Vinam, tuis ut me miseret, Ajax, te quoq;  
 Misereret: huius verba laudares, scio.  
 Ai Atqui illa nobis affatim laudabitur,  
 Si strenue ausit nostra mandata exequi.  
 Te Parebo, mi Ajax: cuncta properabo exequi.  
 Ai Arcesse puerum nunc mihi, ut videam, meum.  
 Te Atqui foras eduxeram, metuens ei.  
 Ai Dum fluctuarem in his malis ego, aut ubi?  
 Te Ne scilicet periret occursum tuo.  
 Ai Hoc deficit unum nempè fortuna meæ.  
 Te Ego vindicavi: quod quidem suffecerit.  
 Ai Et laudo factum, & perspicaciam tuam.  
 Te Sed quid iuuare te queam hoc facto meo?  
 Ai Vt alloqui possim, utq; conspiciarier.  
 Te Famularis illum asseruat hic custodia.

Ai Sed

Ai Sed qua mora eius distulit presentiam?  
 Te Heus puer, ades dum: te pater vocat: veni.  
 Huc, sis, age illum quisquis ex famulis regis.  
 Ai Veniunt iussus, anne iussa negligit?  
 Te Producit illum famulus huc ex proximo.  
 Ai Age huc age illum: non enim externabitur.  
 Siragis recentes hos acervos intuens,  
 Si quidem ille vero patre me satus fuit.  
 Sed eum paternis institutis asperis  
 Domitari oportet: atq; mores exequi,  
 O gnate, fortuna esto dissimilis patri,  
 Ast alia similis omnia: via malus haud fuas,  
 Quamquam unicum istud hoc bonum inuideo tibi.  
 Quod ista nondum percipis sensu mala:  
 Nil sapere quippe vita iucundissima est.  
 Nil sapere prorsus est malum carens malo.  
 Mœrore, donec gaudium inter noueris.  
 Quod affectum, qualis ex quali patre  
 Satus es, te oportet specimen inimicis dare.  
 At interim auris vesctor leuibus, alens  
 Mentem nouellam, volupe matris gaudium.  
 Nemo te Achium differens probris malis,  
 Torue increpabit, vel liceat careas mei.  
 Talem relinquam ianitorem acerrimum,  
 Alimoniamq; præsidem Teucrum tibi:  
 Siquidem is redibit hostium infessor procul.  
 Ast o sodales armites, marina gens,  
 Mandata primum nunc suprema & vos mea  
 Accipite, & illi nuntiantes reddite:  
 Istum puellum ducat ad lares meos,  
 Eribœa ut illum videat, & T elarq; pater,  
 Et eis senectæ dulce lenimen fuat,

BB 3

*Vel donec orci tota sint nacti inferi.*  
*Vlli nec arma pramiatore meae*  
*Ponuntio Achivis, nec meum magnum malum:*  
*At ipse vero Euryface, tu cognominem,*  
*Et crebriloris pensilem amentis quatens*  
*Apprende clypeum hunc praegravem, & septemPLICEM.*  
*Sed arma mecum concremanior caetera.*  
*Heus tu properiter manibus hunc puerum cape,*  
*Et ianuam obde, nullaq; hic palam iace*  
*Lamenta. valde est fletuum mulier lubens.*  
*Operi forem, inquam. haud bene medens se postulat*  
*Carmen secando vulneri incantassere.*  
*Ch Properantiam istam inaudiens metui male.*  
*Nec me asperata lingua deletat tua.*  
*Te Quod istud, Ajax, mente moliris malum?*  
*Ai Ne me rogassis. pulchra res modestia est.*  
*Te Quam pendeo animi. Sed per ego te liberos,*  
*Et per Deos obtestor, haud nos produis.*  
*Ai Uah enicas me, mulier. an nescis, Deis*  
*Debere nullum iam me honorem obnoxium?*  
*Te Bene ominare. Ai. Affare quos persuadeas.*  
*Te Non credis autem? Ai. lam nimis loqueris diu.*  
*Te Nam timor adegit. Ai. Intus hanc includite.*  
*Te Reprime te, anabo. Ai. Stulta vero es femina,*  
*Si nunc mouere cogitas animum meum.*

## Stropha viii.

*Ch Illustris Salamis, beata*  
*Tu nunc habitaris, & felix*  
*Cunctis, celebrisq; cunctis.*  
*Ego autem, ego, imma-*  
*-ne tempus abiit, miser*

*Ex quo hic Idaeis*  
*In pasenis, inq; vbera*  
*Nurice gregum peranno herba,*  
*Morarum impatiens,*  
*Malam spem refouens,*  
*Si quidem erit, ut agam hic*  
*Procul animam*  
*Inhonorus, ex spes.*

## Antistropa xiii.

*Quin & perditus, ager Ajax*  
*Mi cura secunda inhaeret, proh*  
*Diuino agitatus est,*  
*Profectus ex te*  
*Antehac, prius inelictis*  
*Præpollens armis:*  
*Nunc auus mentis sua*  
*Suis dolor exiit magnus.*  
*Priora omnis domi*  
*Viri gesta manu*  
*Memoriter animo*  
*Profuga malis*  
*Cecidere Attidis.*

## 11. Stropha xiiii.

*Sed cum vetustatis*  
*Obsta tempore,*  
*Canis & annis*  
*Audibit anus parens hunc*  
*Rabere mente captum*  
*Lusciniæ ilicet*  
*Lamentabile*  
*Carmen voliscantis*  
*Non illa occinet:*

*Ast luctificum integrabit  
Lectum pectora palmis  
Atris ionfa sonabunt:  
Incanamq; manus  
Comam lacerabunt.*

## II Antistropa XIII.

*Præstaret extinctum  
Hunc, quam efferarier,  
Vbi paterno an-  
-tistans celebres Achivos  
Genere, & inclyto ortu,  
Cognita non tenet  
Se intra septa ani-  
-mi, ast exulat extra.  
Infelix pater,  
Heu qualia & audies tu  
Infortunia nati:  
Que antehac AEacidarum  
Aetas non tolerat  
Quidem vlla, nisi ista.*

## ACTVS TERTIVS.

*Ai Omnia reflexis seculorum anfractibus  
Occulta tempus aperit, & aperta occultit.  
Nihil est supra spem, tempore etiam contumax  
Deprenditur mens, iusq; iurandum Iouis.  
Ego peruicaci mente, inexorabili,  
Qualis rigescit dura ferri acies aqua,  
Demulctus huius ore sum, inimicis eam  
Linquere misertum est viduam, & orbem filium.  
Sed ad lauacra & prata litoralia  
Eo, ut expiatus febris lustralibus  
Iram ferocem deprecet grauis Dea.*

Mox

*Mox aliquem adibo inhospitum & tescum locum,  
Telumque ibi inimicissimum hoc, enssem meum,  
Vt videat illud nemo, defossum obruam,  
Sed creditum orcus, noxque seruastrint sibi.  
Nam denique ex quo muneratum tempore  
Ego illud hostica Hectoris cepi manu:  
Exinde adeptus nil sum ab Argiuis boni.  
Scitum est in ore hoc omnium dictum vetus:  
Infausta munera hostium, nec munera.  
Discamus ergo in ceterum Deis locum  
Cedere, & honorem debitum Arridis dare.  
Nam principes sunt: obsequendum est: quippind  
Et grauia que sunt, queque sunt immania  
Cedunt honori, cedit & vis ninguida  
Hiemis, vbi est as macla frugibus venit.  
Cedunt & ipsa noctis obscura vices  
Luci albicanti lumen alnum accendere.  
Et maria tumidis intonata flatibus  
Posuere fluctus, victor omnium sopor  
Deuincta laxat membra, nec semper tenet.  
Et ego modesta facta dubitem persequi  
Quare, ut reapse nuper expertus fui,  
Hac sine semper, censeo, inimicum oderis,  
Tanquam idem amicus sit futurus, indidem  
In tantum amico munifex morem geram,  
Tanquam nec idem sit futurus, plurimi  
Appellere ipsum portum amicitia timent.  
Sed belle habebunt ista, tu vero interim  
Intus precare perpetim, mulier, Deos,  
Succedere illa, que sedent animo, omnia.  
Et vos sodales paria comprecamini.  
Mandata verbis hac meis Teucro date:*

*V*ti nos amassit, ut velit vobis bene,  
*P*rofisciscor illuc, quo profecto opus mihi est.  
*V*os iussa perpetrare, forsit de mea  
*S*alute mandietis, et si perieram.

Stropha XIII.

*Ch* *A*more tremisco: vitulo gaudio vagus.

*Io*, *Io*, *o* Fau-

-ne, *o* peruage *Faune*:

*Cyllenia* specula iuga

*Age*, *o* ninguida lingue scrupae, adsis

*Deum* salis subfule: atque gestus

*Gnosstacos* ago

*Mecum*, indocilesque pede

*Quate* hic choreas.

*Nunc* mihi saltitare cura est.

*Icarium* salum superans, trans-

-marine *Diue* *Apollo*,

*Apertus* & *apparens*

*Adesto* placabilis, atq<sub>3</sub> felix.

Antist. opha XIII.

*Remotus* enim acer ab oculis mali labor.

*Io*, *Io*, nunc *o* nunc

*Accedere* luppi-

-ter, fausta, candida lux siuit

*Citas* fluctinagas rates, quia *Ai*ax

*Furore* leuatus, & *Deorum*

*Iusta* operatus est,

*Et* nunc pietate colens

*Pia* benigna.

*Omnia* tempus aere doles.

*Nec* fieri omne posse, negandum est.

*Vbi* ipse restitutus

*Ai*ax modo *Atridis* in-  
 -opinus est ex grauiore lite.

*Nū* *Hoc* primum, amici, vos ego edoctos volo:  
*Recens* ab altis *Mysia* *Teucer* iugis

*Adest*. is autem media castra permeans  
*Petit*ur acerbis omnium *Arginum* probris.  
*Ventantem* enim illum sciscitabundi procul

*Circumsteterunt*: hinc & hinc conutitis  
*Lacerant*, lace ssunt. non fuit qui non eum  
*V*ecordis, in se ssoris etiam exerciti

*Fratrem* vocaret: nil vetare quominus  
*Saxorum* aceruis obrutus mortem oppetat.  
*Eoq<sub>3</sub>* res rediret ut gladios suis

*Vagina* eburna liberarent dexteris.

*Sed* verbo amico reprimit gliscens malum  
*Senum* senex atate prouectissimus.

*Nunc* vero *vbi* *Ai*ax est, ut illi hac indicem  
*Dominis* negotium omne pandere expedit.

*Ch* *Non* est is intus, verum abiuit iam modo,  
*Consilia* ne ctenis moribus nouis noua.

*Nū* *Heu* heu.

*Qui* misit istam me viam, aut me eam viam  
*Tarde* ille misit, aut ego tardus fui.

*Ch* *Quid* est quod hac in re exequendum omiseris?

*Nū* *Teucer* vetabat, ne domo *Ai*ax antea  
*Prius*, quam adesset ipse, prodiret foras.

*Ch* *Sequitus* est meliora: nempe maxumis  
*Pacem* *Deorum* precibus exposcens abest.

*Nū* *Hac* verba plane plena sunt dementiæ,  
*Et* stulta, siquid augurans *Calchas* sapit.

*Ch* *Quibus* ista tandem fretus indicis ais?  
*Nū* *Ego* superstes affui, atq<sub>3</sub> interfui.

*N*anq; e corona, & regijs comitijs  
*C*alchas resurgit: seorsum *Atridas* deserit.  
*T*euorumprehendit: copulatur dexteras.  
*I*nfit: recenset: mandat omnibus modis,  
*A*iacem ut hodie sedulo coercitum  
*I*ntus teneret, nec foras emitteret:  
*S*i vellet illum sospitem, ac superstitiem.  
*N*anq; hanc, neq; ultra (sic enim autumat) diem  
*I*llum *Minerua* diuus exercet furor.  
*N*am molem inanem corporum, atque inutilem  
*M*issa ruina calidus procumbere  
*P*erhibebat augur, si quis humanum nihil  
*Q*uanuis creatus corpore humano, sapit.  
*S*ed ille & olim primitus domo exiens  
*D*emens, moente patre bene, deprensus est.  
*N*am sic monebat: *Gnate*, bellica clue  
*V*irtute victor: vince cum *Deo* tamen.  
*C*ontra ille torue affatur ac superbiter:  
*O* genitor, etiam si quis est nulli rei,  
*V*irtute diuum vincet: ast ego hanc facul,  
*E*tiam sine illis indipsicar gloriam.  
*A*deo superbe est eloquutus. *Denique*  
*D*iuæ *Minerua*, dum illum in offeritissimos  
*H*oriatur hostes vertere infestam manum,  
*D*ictum obloquutus perperum est & impotens:  
*O* *D*iuæ, *G*racos ceteros præsens ope  
*T*utare: nam in nos nulla vis pugna ingruet.  
*H*is ille verbis sibi *Dea* implacabiles  
*A*sciuit iras, homine spirans altius.  
*S*ed si diem istum vefcitur vita: sicut  
*E*ius salutem cum *Deo* confecimus.  
*H*æc augur, at me ex seffimonio statim

Tibi

*T*ibi ista misit perferentem sedulo  
*M*andata *T*euces. *S*i nec adsum tempori,  
*N*on superat ille, siquid hic *Calchas* sapit.  
*C*h *T*ecmeffa, misera mulier, infelix genus,  
*A*ccede, & audi, qualia hic verba obstrepit:  
*Q*uæ gaudium omne expectorant animo mihi.  
*T*e *Q*uid me misellam vix quiescentem a malis  
*M*eo recenter excitatis de statu?  
*C*h *T*ibi ergo dicat iste: nam me de tuo  
*A*iace qua narrauit, exanimant metu.  
*T*e *H*au mi homo, quid ais? an penitus ego occidit?  
*N*û *D*e te nihil promitto: de *A*iace attamen,  
*S*i eliminauit ille, non sperem bene.  
*T*e *E*liminauit is quidem, ut metuum: quid est?  
*N*û *I*ncludi aperte iussit illum intra domus  
*C*onseptra *T*euces, nec foras amittere.  
*T*e *U*bi ipse *T*euces? cur is hæc adeo iubet?  
*N*û. *I*am mox redibit ille, ceterum exitum  
*H*ominis ad aliquod tendere exitium autumat.  
*T*e *P*erij, quis illi hæc indicat mortalium?  
*N*û *T*hestore creatus vate vates, hoc die,  
*Q*uo certa vel ei vita, vel mors expetit.  
*T*e *H*eu casum, amici, præuenite præcipem.  
*P*ars ite, *T*euorum conuocare huc ocus.  
*P*ars occidentis, pars & orientis plagam  
*L*ustrate, quo se cunque proripuit male,  
*I*am sentio olim me a viro delinier.  
*I*ngrata iam sunt, qua benigne fecimus.  
*H*eu, gnate, quid agam? non enim mora locus.  
*C*ertum est & ire qua pote, & quantum pote.  
*E*amus, accingamur: haud cessato opus,  
*S*eruare volumus si virum certum mori.

*Ch* Paratus ire nec quidem tantum ore sum.  
Sed operis aderit, & pedum properantia.

## ACTVS QVARTVS.

*Ai* Stat culter illa parte, quæ sit maxime  
Acuta si cui experitior vacat.  
Munus quidem ille olim Hectoris virum omnium  
Et omnium mihi hospitum inuisissimi.  
In Troade autem pactus est terra hostica:  
Cui bene cruenta cote acumen redditum est:  
Fixi bene illum, & apparavi sedulo,  
Vel ut properiter non mihi inuideat mori.  
Prouisa nobis ista sunt in cæteris:  
Tu primus, & fas, adiuuame, Juppiter.  
Fac impetrassim munus hoc a te breue.  
Existat aliquis nuntius: quicquid mali est  
Te uero eloquatur, moneat ut me isthinc humo  
Super cruento hoc ense prociuum efferat.  
Ne deprehensus hic ab inimicis prius  
Proiciat, & præda auibus, & canibus suam.  
Hæc, sancte, venerans te rogo, atque idem obsecro:  
Deponat ut quiete me placidissima,  
Postquam ense primum hoc transadegerim latus;  
Primo pedatu dextra Mercurij inferi.  
Deinde semper uirgines prece inuoco,  
Quæ semper intuentur humanas vices;  
Sanctas Dearum præpetes Furias: sciant  
Vti me Atreidæ principes adigunt mori.  
Eosq; in exitium ultimum malos male  
Rapiant, & ut me mox tuebuntur mea  
Casum manu iacere, sic nepotibus  
Pœnas nefanda cade postumis luant,  
Agite, ite celeres, ite Furia vindices.

Tene

Tentate vulgus omne, ne compercite.  
Sol, qui suprema templa curriculo citus  
Lustras, paterna insisteris ut terra mea,  
Strigans parumper inhibe habenas aureas  
Virusq; miseris finus ac casus meos  
Etate cana nuntia parentibus.  
Vbi fama misera matris aures accidet,  
Toram per urbem ululabit, eulabatur.  
Nec fructus opera est ista frustra conueri.  
Age, ordiendum est facinus actutum mihi.  
O mors age, o mors age, veni, ac me visita.  
Quaquam alloquendi tempus olim eris satis.  
Te lucis alma candidissimum iubar:  
Te sol, & alma lucis aurigam alloquor  
Posterrunum, inquam, ut postea nunquam amplius.  
O lumen, o domesticæ sacrum solum  
Salaminis, o mei penates patrij:  
Vos clarae Athena, vosq; gensles mei,  
Fontesq; fluuij vos valete Troici  
Campi valete, & vos mei nutricij.  
Hæc verba vobis edit Ajax ultima,  
Reliqua apud orcum fabor infernatibus.  
Se Labor duplex grauis labor.  
Quem non adiuu ego locum?  
Nec, quis docere possit, vllus est locus.  
Tace, tace fallor? an sonum audio?  
Se Vero, sodales classicos nos scilicet.  
Se Quid ergo?  
Se Latis occidentis omne vestigauimus.  
Se Habesne?  
Se Multum laboris: nihil mihi ultra se obtulit.  
Se Nec, vsquam ipsam solis orientis plagam



Existit ullus rite qui monstrat mihi.

## I Stropha. XIII.

Ch Quis ergo, quis mihi,  
 Quis hominum vigilibus  
 Mari speculis sedens,  
 Caluagisve vijs  
 Solens qua Dea,  
 Fluminibusve freten-  
 -sibus ferum virum inde  
 Sicubi vidit pa-  
 -lantem, ubi est, nuntiet.  
 Graue fuerit enim, si  
 Post tot labores vagos  
 Cursu non portui assequi.  
 Ast me hominem imbecillum, ubi est non cernere.  
 Te Heu me, heu me.  
 Ch Heu quonia vox hac proxime e nemore exijt?  
 Te Heu me miseram.  
 Ch Sponsam misellam bellica captam manu  
 Video Tecmessam paribus affinem malis.  
 Te Perij, occidi: actum est: vita, amici, exacta sum.  
 Ch quid est noui? Te. Ai ax cade confectus noua,  
 Iacet cruentus ense furtiuo incubans.

## II. Stropha v.

De reditu actum est mi.  
 Interficias istum  
 Tuum sodalem, inquam,  
 Ai ax. o miser,  
 O miser faemina.  
 Te Vi ipsa res est nata, nunc gemere addecet.

Ch Sed

Ch Sed quonia ad hanc rem est usus infelix manus?  
 Te Sua ipse dextra, ut res docet. quod & quidem  
 Harens, humoque fixus ensis arguit.

## III. Stropha VIII.

Ch Heu miserum casum.  
 Tene cruentasti  
 Amicorum carens?  
 Egone eo usq, stipes: ego  
 Ita negligens fui huius?  
 Hic, hic  
 Peruicus, atq, sui  
 Iacet ominis Ai ax.  
 Te Nefus videre verum ego isthoc pallio  
 Totum obuolutum corpus amicto obtegiam.  
 Namq, illum, amicus si quis est, contra obtui  
 Non queat anhelis follicantem naribus,  
 Et ex cruento vulnere arum sanguinem.  
 Heu misera, quid agam? quis te amicorum effere?  
 Vbi Teucer? adesset, si quidem adesset, tempori,  
 Sui cadauer fratris ut componeret.  
 Qualis vir Ai ax, qualiter miser iaces,  
 Miserandum & ipsis hostibus spectaculum.

## I. Antistropha XIII.

Labore ergo improbo  
 Volueras, miserijf-  
 -que fungier, & quidem  
 Functus es. usque adeo  
 Mihi talia  
 Perdius acri animo  
 Gemendo signa iam dabas  
 Hostifica, & perniox

*Erga Atridas duces.*  
*Eafuit, ea labis*  
*Princeps dies: quae dedit*  
*Iudicium acre vir-*  
*-utis & ergo Achillis arma tradidit.*  
*Te Eheu.*

*Ch Generosa curapenita transit viscera.*

*Te Eheu.*

*Ch Nil mirum & ierum, mulier, eiularier,*  
*Orbata tali quemodo careas viro.*

*Te Opinio ad te, sensus ad me pertinet.*

*Ch Fatemur.*

*Te O gnate: quod nos seruitutis nunc manet*  
*Iugum? quibusve premimur in fessoribus?*

II. Antitrophav.

*Ch Ab geminum sensi*

*Te facta profari*

*Nefanda imperato-*  
*-rum huic magno malo.*

*Sed repellat Deus.*

*Te Non accidissent hac Deis nolentibus.*

*Ch Sed mole nimium nos graui premunt mali.*

*Te Tales ruinas creta supremo Ioue*  
*Minerua Vlyssis saua molitur vicem.*

III. Antitrophaviii.

*Ch Quam tacite secum*

*Mente dolosa vir*

*Remidens, obstrepens*

*Cachinnat, & super domini*

*Rabie, & furore ridet.*

*Heu, heu.*

*Tum*

*Tum autem & ubi audierint hac*

*Duces duo Atrida.*

*Te Atqui cachinnent, hominis insultent malis.*

*Fortassis & si viuo honorem non dabant,*

*Flebunt peremptum Martio in discrimine.*

*Nanque homo sinistra mente possessum bonum*

*Nunquam prius percipere, quam amisit, solet.*

*Mors eius illis dulcior, grauior mihi,*

*Ipsi suavis: nanque habet quorum arserat*

*Amore, mortem, cuius expetens fuit.*

*Ch Quid vero in illum riserint tantum? neque*

*Occubuit illis ille: non: verum Deis.*

*Ad hac Vlysses perperam ergo rideat.*

*Iudicio eorum perit Aiax: at meo*

*Defunctus abiit lacrimis & luctibus.*

*Teu Heu, heu.*

*Ch Audita Teucro vox, mihi ut videor: tace.*

*Porro quiritat carmen affine huic malo.*

*Teu O frater Aiax, o mihi carum caput.*

*Itane alea omnis iacta, ut omnes autumant?*

*Ch Actum est, vir ille, quod scias, Teucro, occidit.*

*Teu O asperam, grauemq; fortunam meam.*

*Ch Vi nata res est. Teu. Heu ego miser, miser.*

*Ch Plane gemendum est. Teu. O grauissimum malum.*

*Ch Hoc, Teucro, verum est. Te. Heu miser. quid? filius*

*Illius in quo Troadis situs loco est?*

*Ch Ellum intus. Teu. Illum quam potest celerrime*

*Huc intus educ. ne quis ut catulum unicum*

*Orba leona maleuolus rapere occupet.*

*Abi: moue te: curre. nam iacentibus*

*Omnes student se mortuis illudere.*

*Ch Sed adhuc & idem viuus illi sedulo*

Curare tibi mandavi, ut curas quidem.  
 Teu Omnium unquam, quae quidem oculis viderim;  
 Spectaculum horridissimum & grauisissimum.  
 O praeter omnes, quas profectus sum antehac,  
 Ladens meum cor maxime haec profectio,  
 Postquam tuae, Ajax, mortis atrum nuntium  
 Sensi, insequens cuncta, atque vestigans caute.  
 Nam citus Achivum castra pernoctauerat  
 Te iam perisse rumor, ut Dei frequens.  
 Qua cum miser longinquus audirem procul,  
 Absens gemitum: nunc videns pereo male.  
 Me miserum.  
 Velum aufer, omne ut quicquid est, videam malum.  
 O dira species perperata atrociter,  
 Quot corde curas obserens moreris, mihi?  
 Qua nunc adibo regna? quos homines petam?  
 Cui non tua in re crepera, amice, iuuerim?  
 T clamon meum tuusque communis pater  
 Latus me, & hilari fronte reducem scilicet  
 Sine te recipere quippini qui vel neque  
 In re secunda gaudio diffunditur?  
 Cuiam ille dicto parceret, aut conuictio?  
 Me spurium, & ipsa bellica praeda satum  
 Ignauiane mentis, an metu, an dolo  
 Te prodidisse, frater Ajax, ut tuas  
 Domos, & omnem possiderem habentiam.  
 Talia seuerus perperam profabatur  
 Asper senectus, iurgis atrox homo.  
 Solo paterno eliminabor denique  
 Sermone patris seruus, & liber tamen.  
 Et haec quidem domi, ast me in armis Troicis  
 Odere multum, sed fauent paucissimum.

Isthunc

Isthuncque fructum morte percipio tua.  
 Perij quid ergo? quomodo te, inquam, exuam  
 Dirissimo isthoc ense? sub quali heu tibi  
 Carnifice vita periit? Hector denique,  
 Necne sciebas, te peremisti mortuus.  
 Videte casus per Deos duum virum.  
 Illo, quod Ajax munerarat, balieo  
 Traiectus Hector e curulibus rotis,  
 Raptatus usque est, donecum expirasset.  
 Contra iste capiens munus illius manus,  
 Incubuit illi, morte pessima cadens.  
 Mirum, ni utrumque munus, enses hunc scilicet  
 Furia, & id Orcus fabricarit balieum.  
 Ego censeo ista, & talia pleraque, omnia  
 Deos supremos in homines molieret.  
 Diuersa sed qui sentit, aut alia omnia,  
 Sententia sua stet ille, ego mea.  
 Ch Orationem comprime, atque ut hunc virum  
 Mandes sepulchro, quidve dicas, provide.  
 Adest parum vir aequus: & forte aduenit,  
 Ut pote malignus, nostra ut insulset mala.  
 Teu Quis est, ab ipso quem vides exercitus?  
 Ch Menelaus: is, cui classis ista militat.  
 Teu Video, propinquus cum sit, agnoscere potest.  
 Me Heus te volo: istud mambus offeras caue  
 Tuis cadauer: verum ut est, missum face.  
 Teu Quia ista verba funditasti gratia?  
 Me Visum mihi, & cui parer ipse exercitus.  
 Teu Quod nomen isti rei pratexitur?  
 Me Quod quem putavi eduxisse patria domo  
 Amicum Achivum, auxilij fidissimum,  
 Deprensus ille Phrygibus est inimicior.

CC 3

Totis statuis namq; moliens necem  
Impressionem nocte, ut occidat, facit.

Quod ni Deum aliquis impetum interceptet hunc,  
Omnes ad unum nos quidem illius vicem

Interneciuo funere expositi illico  
Essemus, ast is viveret. verum Deus  
Hominis furorem auerit in pecua, & greges.

Nemo ergo tantis viribus pollens homo  
Existat, illum condere ut tumulto audeat.

Proiectus arenam flaua arena luttore  
Circummarinis pabulum alitibus fuit.

Ne ad haec superbos tolle nimium spiritus.  
Nam si manus nil potuit in viuum mea,

In mortuum ergo poterit: etiam ingratis  
Vim faciam ubi is se comparare noluit,

Præcepta viuus ut capefferet mea.

Quanquam illud animi est improbi, cum plebs homo  
Parere nil se postulat melioribus.

Nam sancta iura perperam ac leges vigent  
In vrbe, cui non constat obsequij modus.

Exercitiq; nulla sunt moderamina,  
Cui nulla vis est nec pudoris nec metus.

Sed si quis vsquam est mole crementia artuum,  
Is ruere sese speret & minimo malo.

Nam qui timoris & pudoris compos est,  
Hunc posse spera sospitem consistere.

Sed ubi licentia omnis est iniuria:

Tunc & statum vrbis post modo tandem illius  
Cursu e secundo pessum iturum existima.

Tamen timoris & mihi constet modus.

Nec est, quod ubi quid egerim, ut mihi sit bene  
Non & rependam tantidem, ut mihi sit male.

Vicissi-

Vicissitates hac habent iste antea  
Fastu tuncbat: nunc ego fastus gero.

Ita funerare hunc opere maximo veto,  
Ne & ipse, dum istum funeras, funus fuas.

Ch Menelae, ne post dicta sapienter tua  
Videaris ipse iniuriosus mortuus.

Teu Nil mirum, amici, siquid errare assolent  
Homines nec ullis inclui natalibus.

Quandoquidem & errant talibus verbis viri  
Propage celebres, atq; nobiles domi.

Primum hoc mihi inque, dicis isthuc te virum  
Adduxe, Achius socius armorum ut foret?

Non ipse per se venit, imperio suo?

Tunc imperator eius es, qui gentibus,  
Quibus fui dux ille, nullus imperas.

Non noster es dux ipse, sed Sparta imperas.  
Nec est quod id sit attributum ius tibi,

Vt imperares potius ei, quam ut is tibi  
Obnoxius, non imperator omnium.

Venisti, ut Aiacem obsequi tibi postules.  
Quorum ipse rex es, hos rege: imperia in eos

Magnidicus inbibe graua, ego hunc, seu tu vetas,  
Seu pretor aliu, rite tandem & ordine

Condam sepulchro nil tuas veritus minas.  
Non foemina tua ergo is huc profectus est,

Vt grauibus auctorata gens periculis,  
Sed obsacratum ius, Iouisq; sagmina,

Non ob te: ut qui & nihili inanes penderet.  
Stipare ad ista plurimis praconibus,

Nec non duce ipso: tu strepens nil me moues.  
Per me quidem tibi esse eum, qui scis, licet.

Me Periculosum est talia in malis loqui.

Teu *Acerba, quannis aqua, verba vellicant.*  
 Me *Et gloriari plurimum arcitenens solet.*  
 Teu *Illiberalem non enim artem exerceo.*  
 Me *Si scutum haberes, gloriaries scilicet.*  
 Teu *Congrediar, etiam veles, armato tibi.*  
 Me *Quam pascit acres lingua spiritus tua.*  
 Teu *Fiducia equi tollere animos fas mihi.*  
 Me *Fas nempe & illum me peremptio viuere?*  
 Teu *Huic perempto? viuus ergo mortuus.*  
 Me *Me sospitarunt numina: huic vero occidi.*  
 Teu *Dijs sospitatus ergo ne terras Deos.*  
 Me *Egon? supremas temnerem leges Deum?*  
 Teu *Ita si veteres mortuos tumularier.*  
 Me *Meos veto hostes ipse: non enim addecet.*  
 Teu *Unquam tibi Ajax pectore aduerso obstitit?*  
 Me *Fui hostis hosti, quod tibi & gnarum fuit.*  
 Teu *Nam quem dolofo clepseris suffragio.*  
 Me *Hac arbitrorum lata culpa, non mea.*  
 Teu *Perplura fraude fraudus es volens mala.*  
 Me *Alicuius animum pungit haec oratio.*  
 Teu *Non tam, ut videtur, quam te ego pungam mea.*  
 Me *Vnum eloquar, tumulandus hic nullo modo est.*  
 Teu *Audi vicissim & tu istud: hunc tumulabimus.*  
 Me *Vidi tolutiloquente lingua praeditum,*  
*Qui nauigare suasset insano mari,*  
*Stupere eundem, quando tempestas eum*  
*Turbaret, ac sese inuolutum palliis*  
*Cuius terendum calce vectori dare.*  
*Sed te, impetumq; incicurem lingua tuae,*  
*E nube parua magna tempestas ruens*  
*Restinguet, & clamore compescet graui.*  
 Teu *Ego autem inanem & perperum vidit virum.*

*Aliena*

*Aliena propter insolescentem mala.*  
*Quem cum videret moribus quidam mihi,*  
*Formaq; similis, talibus praesens monet:*  
*Amice, ne sis mortuis iniurius.*  
*Alius manet te, me vide, infortunium.*  
*Istis monebat nullius rei virum.*  
*Quin tuor illum, non is alius, ut reor,*  
*Fuerit, nisi tu, nonne conieci bene?*  
 Me *Abscedo, nam qua turpitude, velle eum*  
*Sermone castigare, qui cogi potest?*  
 Teu *Abscede, nam quam turpe & inhonestu est mihi,*  
*Attendere homini effutienti inania?*  
 Ch *Atrox litis certamen erit.*  
*Quantum potis es, propera Teucer,*  
*Fossamq; cauam citus huic cara.*  
*Vbi perpetua celebrem cunctis*  
*Tumulum cum laude tenebit.*  
 Teu *At ecce praesto tempori adsunt proxume*  
*Et gnatus huius atq; particeps tori,*  
*Vt exequantur rite funus mortui.*  
*Opuer, ades dum, age accidas supplex patri,*  
*Qui te in supernas lucis oras edidit:*  
*Illi asside suppliciter, & manibus tene*  
*Meas, & huius, & tuas iidem comas,*  
*Supplicia velamenta, quod si exerciti*  
*Quidam aggreditur mortuo te auellere,*  
*Tollatur insepultus e medio male:*  
*Et eruatur genere toto stirpitus,*  
*Qualiter ego istum praefico crinem manu.*  
*Puer, tene illum: serua, habe, nec te statu*  
*Demoue at aliquis: ast inhare huic accidens,*  
*Nec, o sodales, pro viris muliebriter*

*Vos gerite: sed iuuate, donec venero  
Tumulum huic procurans, nullus id sinat licet.*

Stropha VII.

*Ch Reciprocifuga temporis atas  
Numerosiq<sub>3</sub> volumen aui,  
Quando desinet miseri  
Tot erummas belli  
Nobis duplicans  
Residem ad Troiam, Troiam inquam,  
Probrum maculamq<sub>3</sub> Graecorum?*

Antistropha VII.

*Vtinam is, vtinam in aetheris oras  
Prius ipsum aut penetrasset orbem,  
Quisquis vnquam funerea  
In Argiuos primus  
Belli arma tulit.  
Criminum heu caput omnium.  
Is nanq<sub>3</sub> homines trucidauit.*

II. Stropha XI.

*Is corollarum epulas,  
Dulceque delensifici  
Omne meri proluuium idem,  
Idemque sonos flexanimos  
Abstulit: is noctiuaga  
Furta voluptatum amoris,  
Amoresque aboleuit. heu, heu.  
Nunc hic raeo otiosus,  
Aque pluuio caput  
Rore madens, iniqua Tro-  
-ie monumenta.*

II. Antistropha XI.

*Ante mihi noctipetas  
Insidias propulerat,  
Atq<sub>3</sub> sagittas ferus Ajax.  
Nunc ipse iacet luctifica  
Sorte. quis ergo mihi amor,  
Quaue voluptas placebit?  
Vt essem, o vtinam essem, vbi vnda  
Rupes lauitur marina  
Sub aequore Sini:  
Alloquerer sacras uti  
Tutus Athenas.*

ACTVS QVINTVS.

*Ten Pedem citau, cum viderem Agamemnonem  
Ducem huc nec equis incitatum passibus.  
Sinistra quaedam velle pra se fert loqui.  
Ag Tunc ille, quem superba dicta, & aspera  
Impune dixit fertur in nostrum caput?  
Tibi dico, captae matris ancilla genus.  
Ingenua quod si sustulisset te parens,  
Quantum tumeres, teq<sub>3</sub> celsum attolleres,  
Cum litiges nulla in re, homo nulli rei?  
Venisse nec nos classirectores, neq<sub>3</sub>  
Duces Achiuum, iure iurando autumas.  
Sed iuris Ajax, ut probas, venit sui:  
An ista ius est dicta seruos proloqui?  
Quis ille, cui tu, tanta vociferans, studes?  
Quo contulit pedem, vbi stetit, vbi & non ego?  
An praeter illum, nullum habent Graeci virum?  
Ergo, ut videmur, iniqua promulgauimus  
Armorum Achillis publice certamina,  
Si Teucer & nos ore conuincit malos.*

*Nec sat probantur illa ne victis quidem,  
 Hac stare, qua tot censuere iudices:  
 Verum probris nos undiq; incillabitis,  
 Furtum aut petetis, impotes victorie.  
 Iftis ab animis moribusq; eimodi  
 Nunquam asseretur legibus suis status,  
 Si exigemus iure vincentes loco,  
 Et postputandos ante collocabimus.  
 Sed comprimenda hac, non lacertosi viri,  
 Vastiq; virium impetu, y tutiffimum.  
 Sed vbiq; vincunt, mente qui sana cluent.  
 Flagro admonemur pollulo glebarij  
 Validi triones rectum iitiner i, sistere,  
 Cui generis in te remedium video cito  
 Expetere, ni te sapere postules bene.  
 Qui natus illo, qui umbra inanis, non vir est,  
 Gestis petulce, loqueris & proteruiter.  
 Non sapere discas? non tuorum conscius  
 Natalium, hominem liberum adduces mihi,  
 Orationem qui dabit tuam vicem?  
 Nam te loquente dicta me incertant tua,  
 Vt qui loquelam barbaram haud intellegam.  
 Ch Viriq; vestrum Dij bonam mentem diuint.  
 Nil melius, e re quod sit amborum, precer.  
 Teu Heu quam citatim mortuorum gratia  
 Ingrata cedit, atq; partes deserit.  
 Si quidem hic nec etiam ob parua dictu munia  
 Meminit tui, Atax: cuius olim gratia  
 Tuo periculo tot pericula exhauseras.  
 Sed omnis iste fluxit ingratus labos.  
 O proloquute perpera, atq; inania:  
 Oblitus adeo es, quando nos in pralio*

*Periculosis impeditos cassibus,  
 Nulla saluus spe, atq; vosfos in fugam  
 Eripuit iste vos suo aduentu: foris  
 Cum fureret ardens ignis in naualibus,  
 Flammis adulus, inq; classem nauticam  
 Irrueret Hektor varicans vallum impete:  
 Quis hac repressit? non is est, qui fecit hac,  
 Quem contulisse nuspiam pedem autumas?  
 Veron' is ille fecit hac, & sedulo?  
 Cum nec vocatus, forte sed ductus manum  
 Conseruit, acri comparatus Hectori.  
 Nec enim fugacem iecerat sorticulam  
 Gleba madentis verber, ast qua primitus  
 Educta casside impetum citasceret.  
 Hac ille fecit, atq; ego vna interfui,  
 Ego seruus, atq; matre barbara editus.  
 Hac verba, stulte cum strepis, quo re spicis?  
 Nescis, tui qui profator patris fuit,  
 Pelops vetustus, eum fuisse barbarum?  
 Tuum satorem autem Atreum sacerrimum  
 Fratri vorandos apposuisse liberos?  
 Te mater autem Cressa protulit, suus  
 Quam deprehendit cum viro alieno pater,  
 Mutiq; iecit pabulum natantibus.  
 Taline talis obiticiis genus mibit  
 Telamone qui sum patre prognatus, meam  
 Qui premium virtutis ex exercitu  
 Habuit parentem concubinam: regio  
 E stirpe Laomedontis: eximi atq; ei  
 Prada olim ab omni muneravit Hercules?  
 Ergo oprimus, duobus optimatibus  
 Satus debonesto generis auctores mei,*

Quos insepultos, in laboribus suos  
 Istis, repellis: nec pudet iactantia?  
 Sed certus esto, si virum hunc repellitis,  
 Omnino nos tres & simul repellitis.  
 Nam pro hoc mihi periclitanti, nobilem  
 Oppetere mortem melius est, quam pro tua  
 Vxore: quam pro fratre germano tuo,  
 Ad ista, cura non meam rem, sed tuam.  
 Si noxis aliqua re mihi, ignauissimus  
 Fortasse malis esse, quam audacissimus.  
 Ch Adesse, Vlysse, te putato temperi,  
 Nisi hos neuis dirimere, sed commutare.  
 Vl Quid est, amicis? vox Airidarum procul  
 Super hoc valente mortuo mihi accidit.  
 Ag An non, Vlysse, verba dictu infamia,  
 Et probra ab isto nuper exaudiuimus?  
 Vl Que probra? culpam haud commeret, me iudice,  
 Si quis male audiendo, respondet male.  
 Ag Male audit: nam ille me affecit male.  
 Vl Affecit adeo? ut tibi fiet male?  
 Ag Nam qui insepulchrum se hoc omisurum neget  
 Cadauer, ut non tumulet iniussu meo.  
 Vl Licetne amico proloqui verum tibi  
 Tua haud minore, quam prius, cum gratia?  
 Ag Licet nam & esset ceteroqui iniurium:  
 Precipuum amicum cum te in Argivum puem.  
 Vl Audi, per ego te calites, ne proici  
 Virum insepulchrum hunc sis inclementius,  
 Nec eo usque te odij prouehat licentia,  
 Vt omne usq; fasq; profubigas pede.  
 Mihi omnium ille pessime insensus fuit,  
 Ex quo arma Achilli lite nostra euicimus.

Sed

Sed tamen ego illum tam male animatum mihi  
 Non usq; nauici fecerim, quin omnium  
 Illum virorum, post Achillem, acerrimum,  
 Quicumq; Troiam accessimus, vocauerim.  
 Vt flocci & illum facere, caussa non fiet.  
 Nam non viro illi, sed Deorum legibus  
 Iniurius sis, ceterum virum bonum  
 Incessere haud ius mortuum, licet oderis:  
 Ag Hac isto, Vlysse, pro viro iurgas mihi?  
 Vl Plane sed odi, odisse cum licuit mihi.  
 Ag Non & iacenti te quoque i. sultare fas?  
 Vl Inhonesta, Arida, lucra ne placeant tibi.  
 Ag Vbiq; regem colere pietaten haud facul.  
 Vl Scitum est, amicis gerere nomen & obsequi.  
 Ag Parere oportet regibus virum bonum.  
 Vl Quiesce. victus ore vicisti tuo.  
 Ag Memento, quali gratiam hanc confers viro.  
 Vl Fuit mihi hostilis ille, sed fortis tamen.  
 Ag Quid fiet, ubi sic mortuo hosti honorem habes?  
 Vl Virtus mouet me, quam simultates, magis.  
 Ag Sunt, qui solent hac facere, vecordes viri.  
 Vl At, qui boni fuere, post sunt mali.  
 Ag Tales amicos esse postules tibi?  
 Vl Non laudo duram mentem, & intractabilem.  
 Ag Tu nos probabis hoc die ignauissimos.  
 Vl At nos tu Achivis omnibus iustissimos.  
 Ag Iubetis, istud funus exequi sinam?  
 Vl Iubemus, idem nam manet nos exitus.  
 Ag Vt rebus homines omnibus satagunt sui.  
 Vl Cuiusne potius, quam mei, satagerim?  
 Ag Ita ut tuum hoc sit, non meum quicquid est rei.  
 Vl Omnino, utrumuis feceris, bene feceris.



*Ag* Verum mihi istud autumanti, creduas:  
Vel maius isto munus attribuam tibi.

*At* vel sepulchro affectus inimicus mihi  
Erit iste, tu fac omne, quod factum est opus.

*Ch* Quicumq<sub>3</sub>, Ulysses, sapere te non dixerit  
Talem virum, & tantum, ille vero desipit.

*Vl* At ego interim prædico Teucrum in posterum  
Tantum paratum amare me, quantum oderam.

Meamq<sub>3</sub> opem isti funerando conferam,  
Meum laborem: nilq<sub>3</sub> omittam, quod viris

Præstare cunctos a dæcet fortissumis.

*Teu* Generose Ulysses, & omnia hæc dixisti bene,  
Et laudo, quanquam me fefellisti spei.

Nam qui huic Achivum olim omnium inimicissimus,  
Iuvisse amice solus hunc, & mortuo

Vivus iacenti noluisse illudere,

Vt ille vecors imperator, ac levis:

Ipse, inquam, & alter frater, illum proiici  
Studuere lacerandum insepultum, inconditum.

Qui illos Olympi rector huius Iuppiter,

Direq<sub>3</sub> memores, atq<sub>3</sub> perfica vltio,

Lacerandum vii istum proiici immerito virum

Studuere, ita omnes perduint malos male.

Sed, o propages clara Laerta senis,

Non siverim te funus hoc contingere,

Vt nequid axim mortuo huic ingratis.

Quod potes, in aliis nos iuua. & si quem exercitii

Abducere animo est, me lubente feceris.

Ego apparatus cætera ibo. te interim

In nos fuisse memineris munem virum.

*Vl* Velim quidem. at si munia ista me exequi

Tibi non amicum est, laudo consilium. vale.

*Teu*

*Teu.* Sat. tempus enim iam multum agitur.

Sed fossam pars, ite, capacem

Properate manu. pars tripes autem

Et lustralibus undis tepidum

Ponite labrum: pars vna domo

Efferat intus duri insignia

Arma duelli.

Sed tu, quantum potes, alme puer,

Patrios artus mecum amplexus.

Attolle, leua. nanque cruoris

Salientis adhuc tepidi tully

Efflant, age sis, quisquis amicus

Ades hic præsens. propera, curre.

Impende viro forti officium.

Ac nemo quidem, queis loquor, horum

Aiace fuit melior vir.


*Ch.* Quam multa viris licet expertis

Temere discere. sed in expertus

Præsums nemo futuri est.

DD





## IOSEPHI SCALIGERI

IVL. CÆS. F. AD

Veronam.



Celle mundi, sidus Itali celi,  
Flos urbium, flos, corculumque amcenarū,  
Quot sunt, eruntque, quot fuere, Verona:  
Brenni smaragde, traspadane berylle,

Gallorum iaspis, margarite Benaci:  
Apex supremus elegantie rerum,  
Et meta summa, Dadalæque natura.  
Quam fronte prona, fascibusque submissis  
Urbes adorent, & lubenter agnoscant  
Sublime maiestatis ardue lumen,  
Nisi orba lucis viueres salutisque,  
Iniuriosa seruitute predonum,  
Qui nidulantur Adriaticis stagnis,  
Et inde semper imminent noua præde,  
Thetidis nepotes, & Salacia ciues:  
Heu Spartacorum iraduces venenati:  
Heu transfigurarum tot propagines sacre,  
Et perditorum seges adulta latronum,  
Queis summa l. ius est possidere de rapio,  
Peculium fecisse de malo, virtus.  
Quorum vrbs ab atris quantacunque, quacunque est,  
Isaurica sodalitate, piratis  
Conflata: ab atris aucta, fora piratis,  
Augeat, fouetque nunc amica piratas:  
Taberna sceleris, officina Cycloporum,

Intus recondens copiam improba mercis,  
Doli que acervos, flagitique thesauros:  
Ergastulum cruoris, & venenorum.  
Vbi maxima mercede sanguinum semit  
Propola toxici, institor mali succi:  
Tum quisquis & clam, non palam nefas audet,  
Sicariusque, qui palam nefas audet.  
Nam licitor audax, publicusque grassator,  
Cumque horrido lanista spiculatore,  
Turpi fide auctoratus, & sacramento,  
Stipendiorum spe superbit, & sumit  
A crimine animos, a licentiâ ferrum.  
Vbi peierator, atque funerum manceps,  
Socijque capitis atque sanguinis sector  
Ciuis, suorum triste præstat letum  
Quocunque precio, quot licent, amicorum.  
Cui nulla iusto vrbs Marte cessit, aut bello.  
Sed quali abena claustra moliebatur  
Arte, & seras Philippus urbium, & vestes.  
Hac propter ipso est in mari sita, ut magnas  
Piscetur vrbes undique aureo reti.

O Diua, nam que vorticosa tempestas?  
Quis turbo? que æstuantis aura fortuna  
Te mutat aliam, quisve casus affligit?  
Que tristis, expe, cassa lucis, airata,  
Squallentis obsoleta sordibus luctus  
Mæres, ut orba, que flet vnicum mater?  
Regina tot rerum, & tot urbium princeps,  
Vbi iuorum est lux vetusta sceporum,  
Et aureo splendore fulta maiestas?  
Totoque maior orbe, par polo fastus?  
Illique magni glorie tue fascēs?

*Vbi Quirites heu tui, tui cines,  
 Delecta pubes, sfofculus iuuentutis?  
 Ubi diui alumi, principes, Iouis semen,  
 Proceres beati, debuim genis caelo,  
 Fulmen duelli, terror Adria magni,  
 Opum hosticarum martiale tormentum,  
 Tutela patriae, spes labantium rerum,  
 Pacis sequestri, cunibiq; deuoti,  
 Scaligera soboles, qui Feretrium tantis  
 Tot olim opimis, teque, Diua, maerant.  
 Quois tot triumphos, tot trophaea, tot laurum:  
 Quois sceptri honores, atque nomen Augusta  
 Accepta debes, quaeque mole sublimi  
 Edueta Mausolea prouocant calum?  
 Proh sortem acerbam, prob volubilem casum.  
 Quanta e supremo culmine: e statu rerum  
 Quanta excidisti? non tibi obfuit tantum,  
 (Nec posse credam) nauta lapidis ripe,  
 Quantum vna, sudos qua tibi dies, quaeque  
 Fortuna praeter propter inuidet lucem.  
 Ast o venusta mater, o parens salue,  
 O mea creatrix: vosque rite maiorum  
 Saluete manes. Ille ego nepos vester,  
 Pila atque lusu, ludicrumque fortunae:  
 Currens parentis exul exulis cursum:  
 Pro farre falso, proque adoro libo,  
 Pro iure, proque februo parentali,  
 Hic vos saluo laetis. Este felices,  
 Pioque manes, o, nepote gaudete.  
 Vt, quam ruina me superstitem vestra  
 Par est dolere, tamne later, ut resto  
 E messe tanta semen: e procellisque  
 Ante domus tabella naufragy tami.*

## Prouerbiorum xxxi.

Τίς πότ' αἰεὶς δίκασαν ἐν ἀνδράσι μὲν ῥε γυναικῶν;  
 Ἡδὲ χλιδῆς πάσης ἀντάξιος ἀντερύσσεται.  
 Ἐν ταύτης γὰρ χερσὶ φίλον κέαρ ἀνδρὸς εἶο  
 Ἐλπεται. Δικταίη δ' ἀτέμνεται ἔποτε λείης.  
 Καὶ ἐγὼ μὲν πρὸς θεάσασα φιλοφροσύνῃσι νόοιο  
 Οὐ κακὸν ἀλλ' ἐδολὸν τι αἰεὶ βέβηται ἡμᾶτα πάντα.  
 Ἡ τε μετ' ἐρχομένη τῶν ἐν φρεσὶν ἦσι μενοινᾶ,  
 Ἡ λίνον, ἢ ἔριον φιλεῖ δόξαι χερσὶ πονύει.  
 Τηλόθι δ' οἱ βίοτιο προεζέτα ἦτα πάντα,  
 Οἷά τις ἐμπειράμικ φιλοκαρδέος ἀκυάλη νῆος.  
 Καὶ γὰρ ἐρημολογῆς κοίτης ἀγχαυροῦ ἀνέση  
 Ἐν νυκτὶ, ἀταλας μενοεικέος ὄφρα κορέσῃ  
 Τύχης ἀρμαλῆς, καὶ δ' μαϊώδας ἐνδον εἰδέοις.  
 Καὶ πῖνα που πυκνήσι θεωρηθείαις ὀρώσασα  
 Ἀγρῶν συγχόρτοιο πτύσκειται ὀργάδα γαίνῃ.  
 Ἐκ δὲ μιν ἐργολαβεῖ, φήτυστέ τε θέτυκτοι ὄρον,  
 Θελοῦπεδον εἰρηθιλῆς εἰς κομέεσσα πόνοισι.  
 Ἄν ἢ μὲν ὄτε αἰλῆ ἐζώσατο δίστολον ὄσφι.  
 Ἄν ἢ πόνω κάρτυνε βραχίονα καρτερόμοχθον,  
 Οὐδ' ἦς ἐμπορείς χρῆσιν ὅτι μέμμεται αἰσαν.  
 Ἀμφοτέρησιν ἐμαρψεν ἀτρακτίδα τ' ἠλακῆπντε,  
 Ἠλακῆπν λαίη, καὶ ἀτρακτίδα δεξιτέρηφι.  
 Λιμαλείοις, πεινχοῖς τε ὑπείρεχε χεῖρα βοχθόν,  
 Λιμαλείοις θρέπτειρα, πεινχοῖς ὀλθοδδτεια.  
 Πάντα οἱ ἐν μεγάροις εὐτυκτοῖς νήπια τέκνα  
 Οὐτ' ὄφεται βορέαιο δυσαιέος, ἔτε αὐτῆς θη  
 Ψυχροβόλα νιφάδος ριπῆς δυσπέμφελον ἡμαρ.

Οὐδὲ πόνων σωέταρος ἐν ὄρφνῃ λύχνος ἀπέ-  
σβη·

Διπλοΐδας γδ πάντες ἐπαλέας ἀμφιένωται.

Καὶ οἱ ἄλις γλαφυραῖς χηλοῖς ἐνι σταλόεντα

Πορφυρέοισι τάπησιν ἐπίτειμα ρήγνα κείτα.

Πᾶσιν ἀεισογάμοιο παεικλυτὸς ἀνδρὸς ἀκουή

Ἡδύς εἰν ἀγορῇ πολλοῖς ᾠδῶν δημογέρονσι.

Ἡδὲ παλιμπράτησιν ἀφ' ὧν καὶ με χερσὶν ἔησι

Δαιδαλόεν ἐάνδ' ἕως ἡρᾶ τε πέρνατο κέσθον.

Πάντα ἢ τιμῆντα, καὶ ἄρτια φάρε' ἔεσο.

Οὔτε ἐνὶ κροδίῃ ἐμπαζέται αὐρεῖον ἡμαρ.

Ἡ καὶ δ' ἀπὸ σώματος νημερτέ' ἀμύμονος αὐδῆς

Ἰθύνει σοφίν, καὶ θετμὸν ἀγάνορα παιδῆς.

Πάντα δὲ ἐπειτυήσασα ἐπερτέα ἐνδον ἐν οἴκῳ,

Οὔπ' μεθ' ἡμοσμήσιν ἐὸν βίον ἀρῶν ἀέξει.

Τόρρα μιν δ' ἰθύφρον τε ἀνῆρ, καὶ παῖδες ἀγαυοὶ

Σεμνοῖς δειδισκοντο παρηγορέοντες ἔπεισι.

Δῖα γυνά, πολλὰ μὲν ἀεὶς δούσαντο κατ' αἶσαν

Ἡλιμίδες· σὺ δὲ ὑπείρεχες ἔξοχα πασέων.

Τηῦσιον μωροφῆ, πανετώσιον ἔσωλετο καὶ ἄλλος·

Θύσεβέος ἢ γυμνακὸς ἐτήτυμος αἶνος ἐτύχθη.

Δεῦτ' ἄγε δούμοις μιν ἀμείψατε πάντες αἰοι-

δαῖς,

Ὅφρα μιν εἰν ἀγορῇ κλείῃ ἐὰν θέσπελα ἔργα.

§§

Ἡρόων παῖδες καὶ ἠ' ἐλέγχ' αἰ. τὲτ' ἀρ' ἀληθῶς,

Ὅς τις ἀφ' Ἑλλανῶν εἶπε παροϊμῶν.

Οὐχ

Οὐχ ὀρέας ὡς παῖς μὲν ἀεισεύσαντι πεφύκει

Γύννης ὄδ' ὡς πνυτῶ φωτὶ χαλιφρενέων;

Δράση ἀμβολιερῶς; ἀπαυδήμων ταλαεργῶ;

Τακτῶ ἀκοσμῶσιος; συμφρον' ἀκαιοβοῶς;

Σεμνῶ ἀπρωγελῶς; καὶ με φιλάκης ἐχμιῶφ;

Τῶ τε γαλινοφαεῖ σκυθερομετωπονεφῆς;

Τῶ ραδινοῖς μελέεσιν ἀρνεσπι, γας εὐς ἐφολιῆς;

Ἄτε βαθύκναμος, καὶ πλατύπους πιθάχνας;

Ἡρόων παῖδες λῶδων, τί κε θαμβήσαιμι;

Εἶχ' ἦρος λῶδων τόνδ' ἀέφουσε πατήρ;

§§

Τούτ' ἐπαλλοτειβῆ, πρειακόμενος ἐμπορα τέχ-

Χαλκὸς μὲν λιδοτεψ, χαλκοτειβῆς τε λίδος·

Καὶ τὰδε θειοβαφῆ φέγγυς θερήμονα κέρφρα,

Καὶ φλογὸς ἀρπαλέης τὲτ' ἀλιβῆς δέλαρ,

Καὶ σὺ φιλαργύωνιο σωίστωρ λύχνη μερίμνης;

Νυκτφάες πνυτῆς ὄμμα παειφροσῶνης,

Χαίρετέ μοι, τότε γδ πολλὴ χάρις ἔσεται ὑμέων,

Ὅτε μάχης, καὶ Ἄρδος ἔσεται ἐδεμίη.

Idem Latine.

Arma suo attritu excludendis ignibus apta,

Quodq; teru ferrum, qui teriturque silex:

Et quod sulfureum venatur lumina lignum:

Ustilis est, celeri qua perit esca rogo:

Tuq; mihi vigilis studiorum conscia cura,

Illustrans noctes parca lucerna meas:

Ite procul: vestri usus erit vel maximus olim,

Si neque bellorum, si neque Martis erit.

DD 4

In Aquas caldas Bearnensis principatus ad Pyreneos.

*Aspice quanta, quibus vitis, quibus obstita morbis*

*Turba, diu lenta decolor ora lue,*

*Per rigidas cautes, & inhospita Tesca Pyrenes,*

*Tesca, vel humano vix aequanda pede:*

*Paony laticis vastis obsessa ruinis*

*Dona petit, tanti posse valere putat:*

*Ut pene ipsius vita discrimine vita,*

*Utque ipsa constet pene salute salus.*

*Ergo difficilem questum Natura salutis*

*Non sine difficili parca labore dedit.*

*Illa salutiferum thesaurum hoc carcere sepelit,*

*Carius ut scires esse salute nihil.*

Idem Græce.

Πόσος ὄχλος, πόσῃσιν ἀρημόρος ἀΨεα νόσοις,

Καὶ λύμαις χροῖῃς αἰθῶς ἀμεγάρμορος,

Ἀν σφέλοις κνημοῖς, ἀν ἀπανθρόποιο Πυρήνης

Θυελιας ἀνδρομέοις ἔχουσιν ἀσιβείας,

Τὸν πότον ἀλθίνεντα μετέρχεται ἀμφὶς ἐν ὄχθοις

Εἰργμόρον. τόσῃσιν ἀνοσείν πελάται,

Ὡςτε μάλα πρὸς τῆς ὑμείας τῶν ὑγίαιαν

Ἀν παρὰ ῥίπτειν, τὸν τε βίον πρὸς βίαι.

Ἢ ῥα φύσις πάλαι ἀργαλέην κομιδὴν βιότοιο

Φεῖσαι μὲν καμάτω θῆκεν ἐπ' ἀργαλέω.

Ζωαρκὲς ἢ πόσῃ κειμήλιον ἀμφεπεν εἰρητῆ,

Ὅρρ' ἐδὲν ζῶνς κτῆμα πειλοσόττερον.

Idem

Idem Iambis Tragicis.

Πόσος, πόσῃσιν ὄχλος ἐμπλακεῖς νόσοις,  
Ποίαις ἀλύων γῆα σιωτέφοις δύαις,  
Καὶ δυσωρεσώπω βλέμμα χαλκάνων χροῖᾶ,  
Διὰ τῆς ἐρήμων, τῆς δυσαμβάτων βροτοῖς  
Σπρεῖς Πυρήνης θηροδελμόνων πάγων  
Κόλποις φαεργῶν ἐγκρυβέντα τῆς πόνων  
Ἀλεξιτῆρα, τὸν βιοσαγῆ πότον  
Διζέι. τοσαύτης περικὸς ἀρεῖ μὴ νοσείν,  
Ὡς ἀσφαλείας αἴτι κινδυνούτα.  
Βίον τε θηρῶν τῆ βίαι μὴ φείδετα.  
Ἀνόσου δ' ἀεργῆς θῆκεν ἡ φύσις πόρον  
Τὸν δυσπόρison ἐν τρέποις ἀμηχανοῖς.  
Ὡς δ' ἔσιν εἰρητῆς πωλεῖτος ὑμείας ὁδε  
Τοσοῦτος ἐν πόσῃσιν ἐγκλεισμήρος,  
Ὡς ἐδὲν αὐτῆς χεῖμα τιμαλφέερον.

Ad Brissantellum, & F Christianum.

Ὡ δισσὰ φιλίας ἐντελοῖς ἀγάλατα,  
Σύ μοι μὲν ἄρτι, σὺ ἢ δὲ χροῖαι φανείς  
Χάρισιτ' αἰ ἀμφω πρῶτα φιλάτων ἐμοί,  
Ἐναυλον οἰκέρημα δ' ἐμῆς φρονός,  
Διστώματον τε τῆς μίας ψυχῆς ζῆρος,  
Χάρισιτ' αἰ. ὡς ὑμᾶς μὲν ἀσπασιῶς χρόνω  
Παρθὸν δρόντας κικίδων πρῶτοςομαι  
Μνήμης ἐναργὲς ψιλάφημα τῆς ἐμῆς.  
Ἐξάρετ' ἀμφω δ' ἐξοχ' ἀγῆμαι, σὲ μὲν  
Χάρισμα Βελισάντελλε σῆς παρθεσίας,

Σέ δ' αὖτε, Χριστιανέ, φίλτατον κἀε  
 Χαλδαϊκῆς λειμῶνος αὐθιμοβρυές,  
 Ἄδρον τε θησαυρίσμα Μασῆρος σοφῆ,  
 Μελισσομίμοις ἐκλογαῖς ἀκερότροπον.  
 Ὡς ἐμέ γ' αἰάγκη τῶδε προστάσσει φίλων,  
 Εἰ καὶ φίλων παρόντων σοὶ πάντων ἐγώ.



Οὐ σπόπον δὲ μαθήεις νημεοτέα πουλυμαθεῖν  
 Ἐλάχων, εἰ δὲ νόσ' ἴδῃαι ἀθρολίη.  
 Ὅς γὰρ ἀμετροεπῆς ἀνεμοτρεφῆς αἰὲν οἴημα  
 Αἰόλλει, κίφοις πηδαλιοῖσι νόσας,  
 Πάντας ὑποβλήθην λαβρηγορέας ὑποτέμωνων,  
 Οὐδὲ τέκμων μανίης οἰδὲν ἀπειρογάλας,  
 Τῆτον ὄπασ' ἐρχοσ' ἀεσίφρονα θουράς ἀέλλη  
 Ρίψε δοκιοσόφου μήτεος εἰς σκοπέλους.  
 Ὅς δ' αὖ παρκαλίμου ψυχῆς οἰήσια νωμῶν  
 Εὐκρεαῖ παρπίδων πείθετο νηγεμῆν  
 Τόνδε γαλινιώων π νόω πλοσίσιος ἔρος  
 Ἡἴη αὐτὸ πινυτῆς ὄρμον ἐς δὺσοχης.

Idem Latine.

*Istud non scire est, quam plurima scire videri.  
 Istud sentire est non bene, multa loqui.  
 Sed quicumque loquax ventose mentis habentis  
 Versat agens animum turbidus instabilem,  
 Obloquitur quæ alijs, interpellatque loquentes,  
 Nec certum morbo scit possuisse modum:  
 Illum transversum rapido celer impete turbo*

*In vana scopulos credulitatis agit.  
 At qui tuta regens animi moderamina cauti  
 Aura tranquilli paruit ingenij:  
 Illum composita placidum laevis aura quiete  
 Egit ad optati litora consilij.*

Ex Italico, ex tempore.

Ψυχῆ, καὶ Χάερον.

Ψ. Χάερον, Χάερον. Χ. τίς ἔτος αὐθάδης βοᾷ;  
 Ψ. Πισός γ' ἔρασης τῆς πᾶσαν χεῖζων ὁδοῦ.  
 Χ. Φεῦ τῆς ἀνάγκης, καὶ τίς αὐθέντης ἔφου,  
 Τίς αὐτόχειρ σέ; Ψ. Δεινός, ὦ Χάερον, ἔερος.  
 Χ. Ἄλλην ἀπελθε. τοῖς ἔρασας εἰ πᾶσα.  
 Ψ. Ταύτην περάσω κἢν θέλης κἢν μὴ θέλης,  
 Ταύτην περάσω, κἢ γὰρ αὐτόσοις ἔχω  
 Στερροῖς ὄϊσιν κἢν, κἢ γλήνας λίθος,  
 Ὡς σε σκάφος, κἢ πῆν, τε καὶ λίμνην ποιεῖν.

Certamus cum epigrammate Italico  
 rotundissimi argumenti.  
 ex tempore.

Ἡδη φρεῦδον ἔην ψυχῆς ὄπασ' χεῖλεσιν ἄσθμα.  
 Καὶ μακρῆ παύσιν τῆδε θύρα ζεν ὁδός.  
 Ὅππῆμος μαλακῆς δὴ δειήσι φλέγρουσα,  
 Ἄλλη δυσώτμω ψυχῆ ἐπνητίασεν.  
 Ὡ γλυκεραὶ σῶδοδι, ὦ συμβολίη ἔρατεινή  
 Δισσῶν γὰρ ψυχῶν ζεῦχος ἐναρμόδιον  
 Δισσῶν ἢ μετέρας ζῶν καραδίησιν ἔθικεν

Σὺ τῇ ἀμοibaίῃ κηρὸς ἐπιβολῇ. (σπεν.  
 Καὶ τε δοκῶν θανέειν διασᾶς ψυχᾶς μάλ' ἐπέ-  
 Καὶ δοκέοντα ζῆν μοῖρα κίχεν θανάτου.  
 Ἐμπης σωτυχίῃ ἢ ἀλλοκότῳ περ' ἔχαιρον.  
 Ὡς ἔρατοὶ πόλεμοι, αἵ τε διχοστασίαι,  
 Αἵ πνες ἀσπασίως ψυχὴν σὺ διπλαχ' ἔνωσαν,  
 Διπλὴν τε ζῶν, διπλάσιον τε μόνον.

## LIB. PRIMO ANΘΟΛΟΓΙΑΣ,

Titulo εἰς θεός.

Antipatri.

*Mercurius, pueri, minimo placabilis. Illo  
 Lacte, vel agresti melle litatus erit.  
 Non sic Alcides. Aries, aut agnus optimus  
 Poscitur: aut aliquo de grege lecta pecus.  
 Dicis: At ille lupos arcet. quasi referat, utrum  
 Custos, an rapax perdat ouile lopus.*

## LIBRO TERTIO,

Titulo εἰς ἀγαθὸς ἀνδρας.

In Platonem.

*Iustitia ante omnes prestantior at que pudore  
 Dius Aristocles hac requiescit humo.  
 Si cui supra alios magnum sapientia nomen  
 Fecit: maius habet, nec comes invidia est.*

Titulo εἰς νέος καὶ νέας.

Simonidis.

*Ab ab dira lues nam que iuuenilibus annis**Invidia*

*Invidia, etatis perpete flore frui?  
 Nam prius orbasti Timarchum lumine vita  
 Quam nuptia potuit ora videre sua.*

Titulo εἰς φιλοσόφους.

Antipatri in Platonem.

*Terra sinu magni complectitur ossa Platonis:  
 Ast anima ordinibus sancta recepta Deum est:  
 Cuius Aristo pater, fruitur qui luce Deorum:  
 Quem bonus admirans vel procul omnis amat.*

In eundem.

*Cuius age insidis tumulo regina volantum?  
 Curve Deum eternam suspicis astra domum?  
 Umbra Platonis ego: cali hic ad templa volauit:  
 Terrenum tellus Antica corpus habet.*

Diogenis Laertii in eundem.

*Ni Plato de Phœbo Græcis foret editus, ecquis  
 Qui morbos animis arte leuaret, eras?  
 Nam veluti morbos satus hoc Æsclepius omnes  
 Corporeos, anima sic leuat ipse Plato.*

Eiusdem in eundem.

*Est Plato de Phœbo satus, est Æsclepius, ambo:  
 Hic animi ut medicus, corporis ille foret.  
 Connubiale epulum celebrans migravit in urbem,  
 Quam Iouis in patria condidit ipse sibi.*

IOSEPHI SCAL.  
LIBRO QVARTO.

Titulo εἰς εἰκόνας ἀρχαίων καὶ  
ἡρώων τινῶν.

Gemini, in statuam Salmonei.

*Salmoneus ego sum, Polycleta opus: ille ego magnus  
Salmoneus, telis qui Iouis obstrepui,  
Rursus apud manes vexor. mutamque perosus  
Formam, fulmineo calitus igne petit.  
Parce animis, fulmen preme Iuppiter, en ego inane  
Signum. cum muto bella quid are geris?*

Titulo εἰς θεῶν ἢ θεαινῶν ἀγάλματα.

Democriti.

*Cum Venus aequorei spumis salis vda capillos  
Edita purpureis ruda nataret aquis:  
Uridulos roseo crines collegit ab ore,  
Et salsas guttas strinxit utraque manu,  
Haellenus extando qua fas. Si talis in unda  
Visa fuit, Martis pectora turbet amor.*

EX LIBRO SEPTIMO.

Meleagri.

*Dulce sonant, mea Zenophile, tua carmina, docto  
Pollice, sic faueat Pan mihi, dulce sonant.  
Quo fugiam te? me cingunt indagine amores,  
Nec respirandi tempus & hora datur.  
Vnde mihi forma haec aura appulit: aut ea Musa est,  
Aut Charis est: heu quid loquor? vror, amo.  
Eiusdem*

EPIGRAMMATA.

63

Eiusdem.

*Jam florent viole, atque imbrī narcissus amicus:  
Quaque altis gaudent lilia cana iugis.  
Et tempestiuus iam florum flosculus annis  
Zenophile Suada floret amœna rosa.  
Prata quid o vano florum gaudetis honore?  
Suauior est ipsis sancta puella rosis.*

Eiusdem.

*Connectam violas, connectam mollia myrta,  
Narcissum & patulo lilia huius sinu,  
Coryciisq; crocos, & purpureos hyacinthos,  
Insuper & verne florea ferta rosa:  
Vt tibi ab unguento caput Heliodora fragrantis  
Halet odoratis apta corona comis.*

Incerti.

*Me niue, me flammis, me fulminis igne laceffe:  
Per iuga, per freta me, si lubet, alta trabe.  
Non vincar, nam qui rapido torretur amore,  
Non queat, infesto cum tonat, igne peti.*

Posidippi.

*Te per ego nostra supplex rogo carmina Musa,  
Heliodora, meo pectore cedat Amor.  
Perque tuos arcus, qui iam petiere nec vllum,  
Tantum in me dociles mittere tela sua.  
Si pereo, vocem testantia carmina linguam:  
Aspicias, ut morti me dedit, hospes, Amor.*

Agathæ Scholasticæ.

*Quisquis amas, caue sis deserto pectore fractus  
Supplicibus soluas flebilis ora modis.*



Propositi solidi tibi cura sit, & tibi consent  
Lumina contracto parca super cilio.  
Nam nimis elatos contemnit fœmina fastus,  
Et nimis abiectum ridet amica virum.  
Ille peritus erit, quicumque hæc miscet, amator:  
Et modico in fastu pectora fracta gerit.

## Pauli Silentarij.

Quemcumque appetijt rabida canis acre venenum,  
Hic videt in medijs spectra canina vadis.  
Forſan & infregit genuinum percitus in me,  
Sensibus & totis me spoliavit Amor.  
Nam mihi salsa tuos referunt maris æquora vultus,  
Fluminæque, & pleno pocula plena mero.

## Eiusdem.

Illa tui vultus quondam præſentis imago  
Quam prius in nostro pectore sculpsit Amor,  
Expulſur tibi: me miseram: verum vna decoris  
Corde meo species stat mihi scripta tui.  
Scilicet hanc Orco hanc ostendam barbæ Soli,  
Criminis ut vindex Cressa sit urna tui.

## Eiusdem.

Vt cessat Cleopantis? adhuc iam tertia cœpit  
Lumine languidulo parca lucerna mori.  
Ab pereat cordis sic flamma, ut flamma lucernæ:  
Nec me peruisi torreat illa face.  
Ab, quoties Venerem iurauerat affore, primo  
Vespere? nil homines, nil facit illa Deos.

## Eiusdem.

Dum forte hesternò titubans vestigia potu  
Vestibuli primas induo sarta fores,

Her.

Hermonassa scyphi lymphæ me spargit: & illas  
Turbat, quas vix lux struxerat vna, comas.  
Sed magis vstus aqua magis arsi: nam scyphus ex hac  
Mellito tacitas duxit ab ore faces.

## Eiusdem.

Cervicè elata, contracta fronte, seuerus,  
Nunc est virginæ ludicra cura ioci.  
Ante ratus teneram tumidus lasisse puellam,  
Colla dedit: nunc spe decidit ipse sua.  
Is modo fœmineas supplex iacit ore querelas:  
Illa mares animos lumine torua gerit.  
Virgo ferox, quantum ira est iustissima causa,  
Parce animis: Nemesis tela propinqua time.

## Macedonij Consulis.

Ensis vagina cur stringitur? haud ut iniqua  
Sit Venus: adiuro teq, tuumq, caput.  
Sed Martem vi, quantum immans pectore, noris  
Sub Veneris molli ponere colla iugo.  
Iste mei desiderij est comes, haud opus vllò  
Est speculo, hunc versans consulo semper ego.  
Pulcher in hoc videor mihi, sed si linguas, amica,  
Nos prius, hic ensis induet ile meum.

## Agathæ Scholastici.

Non sum vinosus: vin' me deponere vino?  
Hac, si tu libes pocula, lege bibam.  
Admoris tua labra, ne quibus sobrius esse:  
Nec fas temeto posse carere mihi.

EE

*Nam transmissa tuis ad me ferru*q*uauia labris  
Ille calix, narrans dona superba sua.*

Eiusdem.

*Forte duas inter solus, medi*u*sq*ue* se debam:  
Illam ardebam, hanc non ledere certus eram.  
Meque traherat amans: ego furabundus at isti  
Non tuis labris oscula parca dabam:  
Alterius fallens ardores scilicet, eius  
Discidij causas emula verba rimens.  
Ingemui, dixique simul, Fortassis amari  
Vndiq*ue* supplicium par, & amare mihi est.*

Eiusdem.

*Illa prius fastu turgens, iactare capillos  
Sueta prius, pexis illa superba comis,  
Sueta meis desiderijs illudere formam  
Perdidi: huic dignos ruga senilis arat.  
Vbera subsidunt, cecidit frons, lumina marcent,  
Annoso turrabant balba labella sono.  
Cantiem vindex voco numen amoris, & equum  
Indicat, & tumidis stremna poena venit.*

Eiusdem.

*An desiderio mea tangeris ergo Philinna?  
Languet exhaustis tabida luminibus?  
An placidos carpis somnos, & nullus amoris.  
Respectus? cura, cura, nec ulla mea est?  
Expectant te saua vices, stentemque video  
Imbre per indignas usque cadente genas.*

In

*In multis Venus est varium & mutabile. solo hoc  
Eximia: elatis semper iniqua fuit.*

Philodemi.

*Malum ego, me iecit qui te perit, amue amanti.  
Xantippe, nostrum flos utriusque perit.*

Eiusdem.

*Nempe ambo alterno iurauimus ordine nactam,  
Testis eris tu nox, tuque lucerna, fidem:  
Vt neutri neutrum fas esset fllere, vobis  
Testibus, accepta est, & data viri que fides.  
Irrita quae rapidis iactari dicit in undis:  
Alterius gremio hunc ecce lucerna vides.*

Eiusdem.

*Virginea nec pubis hiat dum flos tibi: nec dum  
Autumni liuet primitus vna tui:  
Cum tamen acer Amor acuit iam cote sagittas  
Lysidice, & iacito ventilat igne faces.  
Ab fugite, o miseri, dum non ferit arcus, amantes:  
Quam magnos mox est flamma datura rogos.*

Rufini.

*Muneribus forma Rhodope tumet: huic ego salue  
Dixi, cum fastu me resalutat ea.  
Floriferis quoties intendi lumina fertis,  
Calcat, inhumano profubigitque pede.  
O ruga, o senium, citius properate, venite:  
Et vobis Rhodopen flectere posse datum est.*

EE 2

Item  
EX LIBRO PRIMO.

## Antipatri.

Seu tibi fundatam puppim tenet anchora, sua  
Portus habet, noli credere, nauta, mari.  
En portus submersus Ion perit: ille natando  
Ducere non potuit brachia victa mero.  
O qui naue vehis, potum fuge: pontus Iacchum  
(Tyrheni ius hoc instituere) fugit.

## Incerti autoris.

Ille prius Bromio titubans vestigia rore,  
Ille comes Bacchis semicaper Satyrus,  
En paria erata deuinctus compede crura,  
Nunc nato Theidis fabricat arma dea.  
Non quidem honorato defungitur ille labore,  
Sed miseram hac vitam sustinet arte suam.

## Incerti autoris.

Nunc ubi sunt calices, ubi quos iaculare solebas  
Thyrso, & potus, Faune petulce, tui?  
Quis lime admouit? quis vinculis induit artus?  
Quem Bacchi cunas conuoluisse ferunt.  
Pauperies, durisq; vrgens in rebus egestas,  
Vulcano fumum me bibere illa dedit.

## EX LIBRO SECVNDO.

## Incerti autoris.

Pernicies calicum Baucis, dum forte iaceret

Agra,

Agra, Ioui tales concipit ore preces:  
Si morbi dura haec incendia fugero, centum  
Soles de puro non nisi fomie bibam  
Sobria, temetiq; carens, post functa periclo  
Luce illa tali cogitat arte dolum:  
Quod versat manibus, per crebra foramina cribrum  
Inspicit, & soles callida mille videt.

## EX LIBRO TERTIO.

## Incerti autoris.

Mortas anus, quae tot duxi, dum vita manebat,  
Ad sacros Bacchi pocula plena lacus,  
Pulvere non condor, tumuli vice suave peracta  
Vita argumentum doliolum impositum est.

## Antipatri Sidonij.

Longaeva sunt busta Maronidos: inq; sepulcro  
E silice est fabra sculptus ab arte calix.  
Multibibax & multiloquax anus haec neq; natis,  
Sed neq; natorum paupere patre gemit.  
Hoc unum est, quod flet vel busto condita: Baccho  
Vas habile hoc, Bacchi quod sit inane, gemit.

## Leonidæ.

Nex doliorum, temulenta hic conditur  
Anus Maronis, sculptus est tumulus super,  
Cunctisq; noscitur Atticus calix.  
Nunc vel sepulta non viro aut natis super  
Flet, quos reliquit rerum egenos omnium:  
Illud flet unum, quod calix inanis est.

## Argentarij.

*Quæ Bacchum, quam que nutrix lactauerat Ino,  
Plus dilexit, anus garrula, Aristomache,  
Postquam mandata est tumulo, terramq, subiuit  
Mortua iam, multo iamq, operata micro:  
Huc Minos, ait, huc urnam mihi defer manem,  
Ut rores haustos ex Acheronte feram.  
Nam perii tibi virginitas. Hæc falsa locuta est,  
Dolum apud manes nempe videre volens.*

## Antipatri.

*Ergo utrum accusem, Bacchumne, incertus, an inbrem  
Nescio, lapsantes fallit uterq, pedes.  
Ecce, redis potus dum rure, Polyxene, fumus  
Condere, laboso præcipitate iugo.  
Æolide & Smyrna situs es procul, ebrius ergo  
Quisquis erit, pluuium nocte veretor iter.*

## Dioscoridis.

*Hic Hieron amitam Silenida, pocula dura  
Vincere quam duro non potuere mero,  
Rure suo sepeliit functam: ut vel mortua, Bacchi  
Nunc propius gratos stet immulata lacus.*

TOMO

F I N I S.

TOMO PRIMO IN QVI-  
BVS DAM EXEMPLARI-  
bus corrigendum.

Pagina 2, versu vlt. segnis. p.3.v.3. Priuatusve. p.6, v. 25, queris? p.10, v.9, animi. p.23, v.10, mens: p.24, v.6, a. dax Fama, ibid. v.12, instructi ibid. v.17, væ væ p.27, v.6, quod Verba ibid. v.8, Quæis. p.28, v.6, deferta p.32, v.3, pædet? gr. ibid. v.26, Numerisque p.24, v.17, formatos incudi p.36, v.24, dubi-æque p.37, v.2, fultam, ibid. 23, omnes p.38, v.6. post dictionem series depone y ibid. v.23, calco p.39, v.5, perpetua p.39, v.25, mentem p.40, v.24, naturæ p.41, v.6, Responso p.44, v.3, At vos St. p.47, v.10, aurum Virt. p.52, v.6, monstra cuculli p.64, v.13, tonfa p.77, v.24. solitum p.79, v.15, executiam p.83, v.6, profari. p.85, v.7, vicia p.86, v.24, tum p.88, v.19, garrit nugax. blat. p.100, v.22, Rasile p.102, v.2, (tibi væ) p.105, v.14, violætas p.108, v.27, deignatur p.112, v.17, Nec sit ibid. v. vlt. Vt te p.152, v.2, famæ ibid. v.28 Deum p.153, v.8, sudum ibid. 11, muuata p.154, v.3, taxæ p.156, v.7, obeunt p.162, v.10, stragula ibid. 18, Illuic, p.164, v.3, factum, p.165, v.1, omina p.167, v.1, aliter p.175, v.11, vbi ibid. 24, Pindi p.177, v.13, exacuuntque ibid. v.21, Æolis p.174, v.10, nouerat p.123, v.6, lauricomæ p.265, v.15, propius p.271, v.14, vmbra vmbra ibid. 21, Fracastori p.307, v.12, adscitis aliis p.342, v.5, pererrat p.346, v. antepenult. Crassis p.390, v. 15, venulans p.401, v.5, Ipsamne ibid. 25, Vitroque p.408, v.24, sanguen p.415, v.5, Prouincialis p.416, v.25, nectar p.426, v.13, distans, p.441, v. vlti. putabis p.455, v.28, l. teratorum p.472, v.15, picta ibid. 15, concilium p.480, v.22, piguit.

